6
36–A
31

6
13 M
33

6-36-A-31

Digitized by Google

Digitized by Google

JUSTI . FONTANINI
ARCHIEPISCOPI . ANCYRANI
DISCUS
ARGENTEUS . VOTIVUS
VETERUM . CHRISTIANORUM

PERVSIÆ . REPERTVS

EX . MUSEO . ALBANO . DEPROMPTUS

ET

COMMENTARIO . ILLUSTRATUS

Ubi formulæ quædam & ritus præcipui donaria ſacra Deo in Eccleſia offerendi ſingulatim enucleantur

CVM . FIGVRIS

ROMÆ

Ex Typographia Rochi Bernabò in vico ad Muratas

MDCCXXVII

SVPERIORVM FACVLTATE.

Et apud Pagliarinum bibliopolam in area Paſquini.

Digitized by Google

Digitized by Google

Eminentiſſimo & Reverendiſſimo

DOMINO

FABIO · OLIVERIO

S. R. E. DIACONO . CARDINALI

SANCTORUM . VITI . ET . MODESTI

J. ARCHIEPISCOPUS. ANCYRANUS

P*ERMAGNI jamdudum obſequii erga te mei argumentum aliquod*, EMINENTISSIME CARDINALIS, *parare cupienti, unde plurium*

Digitized by Google

tuorum in me officiorum ſumma pateſieret, munus, tuo ingenio & pietate digniſſimum, inſperato ſe obtulit, videlicet ſacrum donarium, Magni Conſtantini de Maxentio Tyranno victoria inſigne, beato Petro Apoſtolo in Baſilica Vaticana antiquis temporibus more Chriſtiano & patrum noſtrorum priſca illa religione dicatum. Eſt Diſcus argenteus, in re ſacra utendus, a me brevi Commentario illuſtratus, in quo majorum venerandi ritus vo-

tiva

Digitized by Google

tiva anathemata Deo in Eccleſia offerendi, pertractantur. Aptius munus pietati tuæ offerri vix poterat ac munus ipſum, Deo in honorem sancti Petri Apoſtoli olim oblatum: in cujus tu quidem obſequiis longo, fidelique Eccleſiæ Romanæ famulatu, tribus ſummis Pontificibus carus, tandiu peregregiam operam impendis, in unius Apoſtolicæ Sedis rem ſemper incumbens, ut ego complurium annorum oculatus & proximus teſtis inſpicio. Pudor tuus de egregiis

mul-

multiſque dotibus, quibus excellis, plura dicere non ſinit. Diſcum ergo, quem ex æde principe sancti Petri barbarus miles abſtulerat, Peruſiæ non ita dudum cum eodem milite effoſſum, inque Gazæ Albanæ sanctius lararium merito deinde translatum, perque Ampliſſimum Cardinalem ALEXANDRUM ALBANUM *mihi commodatum, tibi, eidem conjunctiſſimo, in animi erga te mei ſignificationem, quam opto ære ipſo perenniorem, reſtituo. Tu,*

qua

Digitized by Google

qua præſtas comitate, hanc in te meam voluntatem benevole, ut ſoles, excipere non graveris, meique, tuo nomini ſumme devincti, obſervantiam, nunquam, niſi mecum interituram exiſtimes.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO

CUJUSCUMQUE generis habeantur antiqui ævi reliquiæ, has eruditioni promendæ, reique literariæ ſacræ & civili explicatione aliqua augendæ inſervire, neminem, qui penitiores diſciplinas primoribus labris attigerit, puto ignorare; quandoquidem viri ſtrenui lucubrationibus ſuis hoc non ſemel comprobaverunt. Hinc ſummo ſtudio vigiliiſque ad res Romanas, Græcas, Ebraicas, Ægyptias, Babylonias, Perſicas & generatim Syriacas; Gothicas etiam ac Saracenicas, & ſiquæ aliæ abſtruſiores & peregriniores ſunt, undequaque illuſtrandas a multis, clariſque ingeniis ætate noſtra laboratum videmus. Mirari tamen vehementer ſubit, pauciſſimos dari, ſubacti judicii & elegantis doctrinæ viros, a quibus interiores Chriſtianorum antiquitates, a nobis reliquæ polymathiæ præferendas, dedita opera, & lotis, quod ajunt, manibus,

Digitized by Google

contrectari obſervemus; quum tamen ea, quæ noſtrorum mores, ritus, & religionem reſpiciunt, ad animum, mentemque inſtruendam ſupra alia conducant. De his vere ait Thomas Reineſius Variarum lectionum libro II. cap. II. pag. 131. *antiquitatis Chriſtianæ particula quæcunque quavis pagana eſt nobilior, honoratiorque*. Sed vere etiam Plinius junior libro VIII. epiſt. XX. *ita natura comparatum, ut proximorum incurioſi, longinqua ſectemur*.

I

In hoc genus antiquitatis, Chriſtiano homine dignum, quod nuſquam aptius, quam Romæ, ejus centro, excoli poteſt, ubi in dies veneranda ejuſmodi lipſana deteguntur, primi poſt Annalium parentem, ineunte ſæculo XVII. incubuerunt Antonius Boſius & Johannes Severanus Romæ ſubterraneæ conditores, poſtmodum a Paullo Aringhio auctæ, inque latinum ſermonem translatæ. Eadem ætate poſt Fulvium Urſinum illuſtres floruerunt Lælius Paſchalinus (cujus muſeo Franciſcus Boncompagnius S. R. E. Cardinalis ſuum deinde auxit) Franciſcus Gualdus Ariminenſis, Ludovicus Compagnius, & Martius Mileſius,

ſius, Chriſtianorum cimeliis & ſymbolis perquirendis mirifice intenti, atque hoc nomine paſſim laudati a Cæſare Baronio, Hieronymo Aleandro juniore, Laurentio Pignorio, Jacobo Sirmondo, Nicolao Fabricio Peireskio, aliiſque Muſarum myſtis, quorum commodo opes ſuas patere voluerunt. Pignorium quidem *ſacrorum monumentorum* librum Italice ſcriptum editioni paraſſe, auctor eſt Jacobus Philippus Tomaſinus in ejus Elogio: ad quod genus ſtudiorum Scipio Cobellutius S. R. E. Cardinalis ſanctæ Suſannæ, alter literatorum Mæcenas, Pignorium traduxerat. Sed viri ſummi A. D. 1631. Patavii lue ſæviente extincti literaria ſupellex ad Dominicum Molinum Senatorem Venetum, eruditorum laudibus clarum, devenit, a quo poſtmodum tranſiit ad Franciſcum Molinum Ducem Venetiarum Dominici fratrem, teſte Jacobo Comite Zabarella in præfatione ad gentilis ſui Franciſci Cardinalis libros III. de *Felicitate*, Patavii excuſos A. D. 1655.

II.

Nemo tamen de Chriſtiana antiquitate æque benemereri olim ſtuduit ac Juſti Lipſii peramicus Johannes Macarius, cujus aureo-

reolam *Diſquiſitionem de Gemmis Baſilidianis*, Johannis Chiffletii Canonici Tornacenſis commentario auctam habemus. Is XX. annis in Urbe tranſactis adgreſſus eſt opus *operoſiſſimum*, ut phraſi utar Sidonii ex libro IX. epiſt. IX. Sacras enim quaſcumque Chriſtianorum picturas, ſcalpturaſque vetuſtiores Romæ non ſolum in abditis cœmeteriis, ſacriſque ædibus ſuo ævo exſtantes, ſed in gemmis etiam, earumque ſenſus ac myſteria accuratiſſime pertractavit. Origo & occaſio ſcriptionis, quam in præfatione ſua tradidit, hæc fuit. Quum A. D. 1578. *Urbe teſte, eaque admirante*, ut inquit Baronius A. D. 57. §. CXII. detectum fuiſſet cœmeterium Priſcillæ ſubterraneis cuniculis diſtinctum in via Salaria, Alphonſus Ciaconius picturas in eo repertas ſibi delineandas curavit, multaſque ex aliis etiam veterum Chriſtianorum latibulis deprompſit. Ciaconio deinde acceſſit Philippus Winghius nobilis Lovanienſis, cujus magna laus eſt magni eum Baronii laudes promeruiſſe A. D. 362. §. CXX. quemque *curioſum omnis antiquitatis indagatorem* vocat Heribertus Roſvveydus in notis ad Paulinum Nolanum pag. 768. editionis Plantinianæ.

Ad

Ad Winghium in Urbe degentem Lipſius epiſtolam vii. Centuriæ i. *ad Belgas* ſcripſit xviii. Kal. Junias A. D. 1592. Ejus etiam meminit Abrahamus Ortelius in Theſauro geographico v. *Fabateri*. Inſignis ſupellex a Winghio Romæ delineata præconem habet Roſvveydum pag. 795. 799. Sed mox vir tantus Florentiæ, quo cimeliarchium Mediceum luſtraturus diverterat, immaturo fato, magnoque rei literariæ damno exſtinctus eſt. Hoc loco Plinii junioris lib. v. epiſt. v. C. Fannii deceſſum lugentis verba ſuccurrunt: *mihi autem videtur acerba ſemper & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant*. Winghio ſuffectus in eodem labore Antonius Boſius univerſas agri Romani arenarias ſubiit, imagineſque in iis atque alibi ſuperſtites, a pictoribus abſolutiſſime expreſſas in unum collegit. Bibliothecam Winghianam Tornaci in æde principe exſtare didicimus. De Winghii Adverſariis MSS. præclarum judicium reddunt Chiffletii duo pater & filius, Johannes Jacobus quidem in Anaſtaſi Childerici I. Francorum Regis cap. xviii. pag. 279. Johannes vero in Judicio de Fabula Johannæ Papiſſæ pag. 7. Winghii codex inſcri-

ſcriptus, *Tituli ſepulcrales*, memoratur in Majo Bollandiano tomo v. pag.* 223. num. 136. Macarius, cui Ciaconii, Winghii & Boſii triumvirorum ampla illa, & ſupra aurum ipſum pretioſa ſupellex viſa, uti erat Latine, Græce, Ebraice, atque in omni antiquitate doctiſſimus, Boſio aliiſque rogantibus, ſacras Chriſtianorum picturas & ſcalpturas, atque alias quaſcumque commentariis explicandas ſuſcepit: quæ omnia ad finem ſuum egregie perducta vir eximius Græca voce *Hagioglypta* appellavit. Inde in Belgium reverſus, Ariæ diem clauſit extremum 11I. Idus Junias A. D. 1614. ſuaque ſcripta moriens legavit Bibliothecæ Collegii trilinguis Lovanienſis, unde A. D. 1638. ea propediem typos Plantinianos ſubitura, literato orbi ſpem fecit Aubertus Miræus in *Codice Regularum & Conſtitutionum clericalium* parte 1I. pag. 97. ubi Macarii *Hagioglypta* publica luce digniſſima eſſe, ipſe idoneus judex teſtatur. Macarii laudes prædicant in Bibliothecis Belgicis Valerius Andreas Deſſelius, Antonius Sanderus, Franciſcus Svveertius, & Miræus in ſcholiis ad Hieronymi Catalogum cap. XXI. Ex Macarii *Hagioglyptis* MSS.

Digitized by Google

MSS. Johannes Jacobus Chiffletius Criſi hiſtoricæ de Linteis ſepulcralibus Domini cap. XXVIII. laciniam adſuit de Chriſtianorum picturis, Lazari ſuſcitationem referentibus; aliam etiam ſuæ Anaſtaſi cap. VIII. de nominibus propriis, literarum implicatione contractis, quæ Macarius in abſidibus ſacrarum Urbis ædium conſpexerat. Johannes Chiffletius Macarii *Hagioglypta* laudat in Socrate pag. 35. inque Veteri imagine Deiparæ in jaſpide viridi pag. 6.

III

Tam ſagacibus & curioſis Chriſtianæ antiquitatis indagatoribus, omni præconio cumulandis, ſucceſſit magnus ille Muſarum Genius Franciſcus Barberinus ſenior S. R. E. Cardinalis, poſtmodum Vicecancellarius & purpurei Senatus princeps. Hic omnibus ingenii, naturæ, & fortunæ ornamentis inſtructus, religione, probitate, doctrina, & magnificentia non uni Romæ, ſed toti orbi admirandus, in longo quinquaginta & eo amplius annorum ſpacio, quod, longiori atque immortali digniſſimus, in Cardinalatus faſtigio tranſegit, decus & cultum optimarum artium libe-

Digitized by Google

liberaliſſime amplificavit: quæ ſemper ejus nomen ubique locorum circumferent. Ubi enim vir inclytus in comitiis Conſo publice litaverat, domi poſtea Minervæ ſacris operabatur, utrumque ſumma cum dignitate exequi ſolitus. Ad perennem viri gloriam dicere ſufficit, ex ejus contubernio, tanquam ex muſeo Alexandrino, prodiiſſe eruditorum Plejadem, Hieronymum Aleandrum juniorem, Nicolaum Alemannum, Johannem Baptiſtam Donium, Lucam Holſtenium, Leonem Allatium, Claudium Menetrejum, Joſephum Mariam Suareſium. Hos exceperunt Fridericus Ubaldinus, Felix Contelorius, Caſſianus a Puteo. Paucos ex plurimis indico. Nec minor illorum fuit chorus, quos non ſine maximo Romanæ Eccleſiæ ſplendore ejus gratia, effuſa comitas, & par liberalitas fovens (typographejo etiam proprio ære inſtituto) ad literarios, ut plurimum ſacri argumenti, labores exantlandos excitavit. In hunc ordinem ex noſtratibus atque exteris veniunt M. Antonius Cappellus, Ferdinandus Ughellus, Lucas Waddingus, Jacobus Sirmondus, Dionyſius Petavius, & Johannes Bollandus, qui Cardinalem Barberinum *erudito-*

rum

rum virorum Mæcenatis perpetui elogio honeſtavit. Horum numerum auxerunt Petrus Poſſinus, Petrus Franciſcus Chiffletius, Johannes duo, Morinus & Pricæus, Gabriel Naudæus, & Theodorus Ryckius: ejuſdemque munificam voluntatem experti ſunt Jacobus Goarus, Petrus Lambecius, Philippus Labbeus, Henricus Valeſius & Philibertus Mareus. Agmen claudunt alii ſacræ literaturæ antiſtites, Cornelius Margarinus, Johannes Bona, Henricus Noris, Angelus a Nuce, Chriſtianus Lupus & Joſephus Maria Thomaſius. At qualia quantaque nomina! Horum aliquos ſua virtus poſtea ad ampliſſimas dignitates evexit. Quantum Barberinis Manibus eccleſiaſtica antiquitas debeat, Lateranenſes parietinæ, quæ jamjam perituræ in tenebris jacebant, inſtauratæ, loquuntur, cumque his plurima priſci ævi cimelia, rei Chriſtianæ illuſtrandæ profutura, quæ lararium Barberinum, Philologiæ Mercurio nuptæ cultoribus adeundum, & Severani jamdudum atque Alemanni verbis clarum, locupletarunt. Pro re nata libenter his paucis ſine gratia, ſine invidia magni viri memoriæ parentavimus, qui ſemper deſiderabitur,

tur, quemque animi dotes & plurimæ ſcriptorum illuſtrium laudes magis, quam dignitas, licet ampliſſima, communi reliquorum ſorti eripuerunt. Huc aurea plane verba Minucii Felicis in Octavio cap. XXXVII. referenda: *Faſcibus & purpuris gloriaris? Vanus error hominis, & inanis cultus dignitatis, fulgere purpura, mente ſordeſcere! Nobilitate generoſus es? Parentes tuos laudas? Omnes tamen pari ſorte naſcimur*, SOLA VIRTUTE *diſtinguimur*.

IV

Quin res Chriſtianas univerſas, ſimplicitate ſua magis, quam artis præſtantia venerabiles, permagni referat illuſtrari, nemo his ſacris vel leviter initiatus in dubium vocaverit. Id olim oſtenſum ab juniore Aleandro in Explicatione gemmæ Græcæ anularis, navim, Eccleſiæ ſymbolum, continentis. Nec ſua laude fraudandi Johannes Ciampinus, & Raphael Fabrettus, de Chriſtianis antiquitatibus præclare meriti, quorum prior ſacra Muſiva ab ſe collecta æri incidenda curavit; alter quamplurimas inſcriptas tabulas ex cœmeteriorum cryptis, quibus præfuit, eductas, ab interitu eripuit.

puit. Hoc idem, de quo loquimur, argumentum nuper uberrimo doctrinæ apparatu, plaudentibus ſanctioribus Muſis, pertractavit vir ſenatorii ordinis, omnis eruditionis ſacræ & profanæ conſultus, idemque amicus noſter optimus, Philippos Bonarotius, qui diu Romæ verſatus, poſtquam in nummos rariores maximi moduli ex penu Caſparis Carpinei S. R. E Cardinalis eductos obſervationes, bonæ frugis plenas, ſcripſiſſet, ad Chriſtianorum titulos, & toreumata, in vaſis, & id genus antiquis lipſanis, majorum noſtrorum ritus & religionem ſpectantibus explananda animum adpulit, remque ipſam juſto volumine abſolvit, quo rei ſacræ ſtudioſos ſibi nobiliſſime demeruit. Ego tam præclaris exemplis inſtructus, *Diſcum* veterum Chriſtianorum, anaglypho opere inſignem, & magis in receſſu, quam in prima fronte ſpectabilem, explicare adgredior.


V

Anno Chriſti Domini 1717. die XIV. Januarii Peruſiæ e regione arcis, quæ proxima eſt geminæ viæ, in totidem fora exeunti, viro generoſo Philippo Doninio

fundamenta novi palatii intra mœnia antiqua civitatis, arcemque ad plagam occidentalem ſubſtruente, latomi ollam ſive amphoram ex ære cyprio detexerunt, in qua nummi aurei CXL. Juſtiniani, Juſtinique junioris Auguſtorum reperti ſunt; utrique unius moduli & typi. Ex olla, ferreo ligone operarum contuſa, aqua flava atque adeo fœtens manavit, ut ſua mephiti omnes in fugam verterit. Ejus jacturam chymici adhuc lugent. Ad hæc eruta pulcherrima *fibula* aurea, digiti humani longitudinem æquans, lata vero duos. Veſtiariam putamus, cujuſmodi præter Childericianas apud Johannem Jacobum Chiffletium in Anaſtaſi cap. XVI. pag. 236. nullam hactenus videre contigit in earum numero, quas curioſorum oculis inſpiciendas expoſuerunt eruditione percelebres viri Pignorius in Commentario de Servis, Johannes Rhodius in Diſſertatione de Acia cap. V. & poſt hos Johannes Baptiſta Caſalius de Antiquis Romanorum ritibus cap. XIX. pag. 188. & Ludovicus Moſcardus in Muſeo lib. I. cap. LV. pag. 102. Mox detecta *catenula*, pariter aurea duos palmos longa, geminæ *inaures* & totidem *anuli*: omnia ex auro puriſſimo.

Hæc

Hæc ad menſuram ipſam in æs viriculo expreſſa exhibemus.



Paulus Pilaia Scul.

Ex museo Albano.
1. Fibulæ pars anterior. 2. Fibulæ pars posterior. 3 Anulus. 4 Anulus. 5. Catenula. 6 Inauris.

Num. 1. & 2. fibulam utrinque delineatam, num. 3. & 4. anulum, num. 5. catenulam, num. 6. inaurem adſpicimus. *Diſcus* etiam *argenteus* prodiit, duos palmos infra laminam plumbeam locatus, quæ longa erat palmos x. lata iv. pondo xxx. librarum. *Diſcus* eſt, quem item inciſum & explicatum vulgamus. Mox cadaver, communem magnitudinem ſuperans, ut ex oſſium juncturis obſervatum, ſub magnis *tegulis* latens effoſſum. Tegulas *ſaracenicas* Peruſini appellant, nempe ſepulcrales, atque *ethnicæ* vetuſtatis. *Ethnicos* enim, *paganorum* & *ſaracenorum* nomine vulgo dictos prodit Hiſtoria Caroli Magni lingua Gallica veteri ſcripta apud Chiffletium in Anaſtaſi cap. v. pag. 81. ubi de Meroveo Rege Francorum ſic legitur: *il regna dix ans: puis treſpaſſa Sarrazin*, ideſt: *regnavit decem annos, deinde obiit Saracenus*, nimirum *paganus*, ſive *gentilis*. Alii perinde reges Francorum idololatræ in eadem Hiſtoria *pagani* deceſſiſſe dicuntur. Confer Cangii Gloſſarium v. *Pagani* & *Saracini*. Omnia judicio aurificum, ad monetæ Romanæ pretium ſcutorum 415. redacta ſunt. In uno ex anulis achates viſus, in quo gemina manus, in ſignum

foe-

fœderis juncta, minutiſſimis literis ſurſum & deorſum inſcriptus: quæ poſtmodum ob achatem ex anulo lapſum, nec amplius viſum, lectæ non ſunt. Quidni lectum UTERE FELIX? Certe in jaſpide, in quo ſponſi junctis manibus inſculpti, ſic legit oculatiſſimus Bonarotius in Obſervationibus ad Vaſa vitrea antiquorum pag. 208. Civitatis prætor hæc omnia ad fiſcum pertinere decernit. Quare Doninius Urbemveterem petit, ubi S. R. E. Cardinalis Ferdinandi Nuptii literis munitus, Romam proficiſcitur, ab ſe reperta exhibiturus purpurato viro Johanni Patricio, Comitis ſacrarum largitionum vice fungenti. Ab hoc autem nummi aurei cxxv. Doninio reſtituti, *Diſcus* una cum reliquis in Gazam Albanam illatus. Hæc pleraque alternis literis ſuis me docuerunt viri præclari, quos honoris cauſſa nomino, Petrus Cannetus Abbas ex Congregatione monachorum Camaldulenſium, & Adamantius ex Comitibus a Monte Mellino, priſci ævi lauticiis maxime deditus. Sed quorſum hæc, inquies, tam minute deſcripta? Locus ad finem Civitatis, ubi cadaver cum opibus ſuis conditum, me in eam cogitatio-

tionem inducit, ut Gothi cujuſpiam, præda Romana ſuperbi, illud fuiſſe arbitrer. Veterum Germanorum mos tulit, ut cum theſauris & opibus ſuis cadavera humarent. Id a Francis, Gothis, & Langobardis, qui omnes natione *Germani*, ſervatum eſt. Alaricum Regem Gothorum Conſentiæ in Lucania cum theſauris ſuis tumulatum tradit Jornandes cap. xxx. de Rebus Geticis: cujus verba adſcribam, quia Barbarorum immanitatem ob oculos ponunt: *Barentinum amnem* (alii *Baſentinum* & *Baſentium* dicunt, qui nunc *Vaſento* dicitur) *juxta Conſentiam civitatem de alveo ſuo derivant. Nam hic fluvius a pede montis juxta urbem dilapſus, fluit unda ſalutifera. Hujus ergo in* MEDIO ALVEO, *collecto captivorum agmine*, SEPULTURÆ *locum effodiunt, in cujus* FOVEÆ *gremio Alaricum cum* MULTIS OPIBUS *obruunt, rurſuſque aquas in ſuum alveum reducentes, ne a quoquam quandoque locus cognoſceretur, foſſores omnes interemerunt.* Ex Jornande rem ſumſit Paulus Diaconus in Hiſtoria Miſcella libro XIII. pag. 399. Idem Jornandes cap. XLIX. de Attila Hunnorum Rege ait: *noctu* SECRETO *cadaver terra reconditum*, & quidem AURO, ARGENTO, *&*

ferri

ferri rigore communitum. Poſtmodum hæc ſubjicit: *&, ut* TOT *&* TANTIS DIVITIIS *humana curioſitas arceretur, operi deputatos deteſtabili mercede trucidarunt*. Johannes Schefferus in Upſalia antiqua cap. XVIII. pag. 360. narrat, Svecos, Gothorum ſobolem, ſuis quoque *opibus* conſepultos. De Danis & Boruſſis idem teſtantes Scheffero jungendi Olaus Wormius in Muſeo lib. IV. cap. VI. pag. 361. Thomas Bartholinus junior in Antiquitatibus Danicis lib. II. cap. IX. pag. 431. & Theophilus Sigefridus Bayerus cap. VII. elegantis Commentarii nuper editi de Nummis Romanis in Pruſſia repertis. Nec prætereundus Johannes Mabillonius in Diſſertatione de antiquo ritu ſepeliendi Reges Francorum, quæ exſtat in ejus Operibus poſtumis tomo II. ubi pag. 53. & 54. ob cauſſam perſimilem autumat, primos Francorum Reges nullum conditoriis ſuis exterius ſignum addere conſueviſſe, ne a prædonibus, opes ſepultas auferendi avidis, ſubverterentur. Hoc apud Gothos utroſque, occidentales & orientales, Alamannos, Bavaricos & Langobardos ſæpe factum, ex eorum legibus, in ſepulcrorum violatores latis, mox pandam. Ri-

tum vero ethnicum, de quo loquimur, in primis mirifice comprobat Theſaurus ſepulcralis Childerici I. Regis Francorum, *Attilæ* æqualis, Tornaci A. D. 1653. effoſſus, quem Johannes Jacobus Chiffletius commentario deſcripſit, cui *Anaſtaſis* titulum fecit. Brevem ejus analyſin dedit Carolus Cointius in Annalibus eccleſiaſticis Francorum tomo I. A. D. 481. §. XVII. Sed Johannes Harduinus, ritus barbarici ignarus, in Operibus ſelectis pag. 424. in fine quædam pro more ſuo, aliis indicta, de hoc Theſauro commentus eſt. His refellendis immorari noſtra non intereſt, præſertim quum ejuſmodi ſint, quæ nemini in his rebus tantillum verſato negocium aut fucum facere poſſe arbitremur. Paucis vero illis ſive multis bene ſit præſtantiſſimis viris, quibus arrident. Nobis Italis non licet eſſe tam beatis. Sirmondos enim, Petavios, Chiffletios, Labbeos, ſimileſque dum perſæpe laudamus, novam & præclaram ſobolem alio ferri non invidemus: nec ipſi tamen, viri optimi, hanc ſimplicitatem nobis invident, qui ceteroqui in perpulchris Diariis ſuis nunquam aliena, ſua ſemper & ſuorum una laude paſcuntur. Cui bono, ipſi no-

norunt. Alii enim alio plane itinere bonam famam ſibi parare contendunt.

VI

Ingens Codex legum antiquarum Friderici Lindenbrogii nonnulla in rem, de qua agimus, ſubminiſtrat. In Legibus Wiſigothorum lib. xi. tit. iI. §. 1. pag. 205. hæc leguntur: *ſiquis ſepulcri violator exſtiterit, aut mortuum* EXSPOLIAVERIT, *& ei aut* ORNAMENTA, *aut* VESTIMENTA *abſtulerit, ſi liber hoc fecerit, libram auri coactus exſolvat heredibus mortui, & quæ abſtulit, reddat. Quod ſi heredes non fuerint, fiſco noſtro cogatur inferre, & præterea centum flagella ſuſcipiat. Servus vero ſi hoc ſcelus admiſerit, ducenta flagella ſuſcipiat, & inſuper flammis ardentibus exuratur, nihilominus redditis cunctis, quæ auſus eſt abſtuliſſe*. Exſtat Edictum Theoderici Regis Oſtrogothorum, quo cap. cx. pag. 255. ei pœna mortis infligitur, *qui ſepulcrum deſtruxerit*. Ex legibus Alamannicis pag. 376. §. 1. & Bavaricis pag. 434. tit. xviii. pœnam quoque ſtatutam habemus in eos, qui *mortuos effoderint & exſpoliaverint*. Idem ſervatum a Langobardis. Etenim lib. 1. tit. xii. pag. 537.

Rex Rotharis hæc ſancit : *ſiquis ſepulcrum hominis mortui* RUPERIT , *& corpus* EXSPOLIAVERIT , *aut foris jactaverit* , DCCCC. *ſolidos ſit culpabilis parentibus* (id eſt conſanguineis) *defuncti* . *Et ſi parentes proximi non fuerint , tunc gaſtaldius Regis , aut Sculdaſius requirat culpam ipſam , & ad curtem Regis exigat* . Rex Grimoaldus pag. 584. hoc juſſit : *ſi* SPOLIA *de homine ſepulto ſervus de ſepultura tulerit , de quanto tulit , dominus ejus reddat , & componat , ut dictum eſt , ſolidos* LX. *& perſona tradatur ad occidendum* . Leges Ripuariæ tit. LIV. §. 1I. pag. 460. & tit. LXXXV. §. 1I. pag.469. iis pœnam decernunt , qui *mortuum effodere præſumſerint* . Salicæ idem ſtatuunt tit. XVII. ubi videndus in notis pag. 41. V. C. Johannes Georgius Eccardus , antiquitatum Germanicarum ſcientiſſimus . Sed ante omnes ſanctum Zenonem epiſcopum Veronenſem , ſæculi IV. ſcriptorem , quem Iſaacus Caſaubonus ad Capitolinum in Marco cap. v. *Latinorum patrum elegantiſſimum* dicit , in avaros , ſepulcra deſodientes , clamare audio . Verba ſunt in Sermone I. de Avaritia pag. 375. editionis Veronenſis : *ſi orbem totum poſſideant , fines oderunt* . *Illicitum putant habere vi-*

vicinum . *Conſtruunt prædia* , *ſepulcra* DEFODIUNT . Zeno hic tangit, ut auguror, ſuæ parœciæ Alpinos populos, adhuc barbaros & gentiles.

VII

Ex locis hucuſque congeſtis una coeuntibus compertum ſit, ritum ejuſmodi apud *Gothos*, reliquoſque populos, *Germanorum* nomine comprehenſos, æque viguiſſe quandiu in gentilitate vixerunt, ac poſtquam ad Chriſtianam religionem traducti, Arianos errores in Italia profiterentur. Atque hanc puto eſſe cauſſam, cur apud nos *Gothica* & *Langobardica* conditoria nulla, aut perquam rara exſtent non ſolum privatorum hominum, ſed eo magis Regum & virorum principum, qui in Italia ſæculis V. VI. VII. & VIII. rerum potiti ſunt; quod ſcilicet ritus ſepeliendi mortuos, auro & gemmis ornatos, vetaret, ſepulcris externa ſigna adponi, unde nocturnis prædonibus eadem violandi occaſio daretur. Hinc palam fieri arbitror, hominem Gothum fuiſſe, cujus cadaver *Diſco* argenteo, auro & gemmis tectum, in parte extrema Peruſinæ civitatis poſt ſæculorum memoriam repertum eſt. *Mi-*

Militari officio functum, ex *ſtatura* deducitur. *Milites* enim non tantum ætate ac fortitudine, ſed *ſtatura* æſtimabantur. Hac de re videndus Jacobus Cujacius Obſervationum libro xxi. cap. v. & Melchior Goldaſtus in notis ad Doſitheum magiſtrum lib. iiI. pag. 27. In *quinque pedum, ſeptemque unciarum uſualium* altitudinem *tirones* deligi jubet Valentinianus I. Imp. in Codice Theodoſiano lib. viii. tit. xiii. *de Tironibus* L.iiI. *Magno, Vicario Urbis* inſcripta v. Kal. Majas A. D. 367. Verba hæc ſunt: *in quinque pedibus & ſeptem unciis uſualibus delectus habeatur*, ubi conſulendus Jacobus Gothofredus. Huc pertinet Ænigma xci. *Sympoſii* de *milite* podagrico, quod de *equite* perperam inſcribitur:

Bellipotens, olim ſævis metuendus in armis,
QUINQUE PEDES *habui, quos unquam nemo negavit,*
Nunc mihi vix duo ſunt: inopem me copia fecit.

Sympoſii centum Ænigmata nuper Lactantio vindicatum ivit eruditus Chriſtophorus Auguſtus Heumannus in editione, Hanoveræ curata A. D. 1722. *Poeta Gallus perantiquus* dicitur ab Andrea Schotto libro iiI. ob-

Digitized by Google

Obſervationum cap. xx. in fine: deque nominis veritate non ambigit Caſpar Barthius in Adverſariis libro LVIII. cap. I. habetque vades ſanctum Aldhelmum ſæculi VII. ſcriptorem in prologo II. Ænigmatum, & Sigebertum in Catalogo cap. CXXXII. Vide Johannem Albertum Fabricium in tomo III. Bibliothecæ latinæ pag. 271. & 998. Mihi ex locis jam indicatis planum quodammodo fit, *Sympoſium*, Lactantio juniorem, floruiſſe poſt A. D. 367. Legem enim Valentiniani I. *quinque pedum* in ſuo Ænigmate fideliter exprimit; unciis VII. quod eas verſus non caperet, neque Ænigmatis luſum juvarent, ſilentio præteritis. Quod enim inter Veteres poetas a Petro Pithœo editos legitur *ſexque pedes*, hoc ab eo intruſum, qui Ænigma de *milite* inſcribendum, de *equite* inſcripſit, quod nimirum *equi* & *equitis* pedes *ſex*, non *quinque* numerarentur. Sic porro explicavit Claudius Salmaſius cap. I. de Re militari. Sed recte Joſephus Caſtalio in ſcholiis pag. 51. editionis III. Romanæ, in *quinque pedibus unam longitudinem corporis latere* ſubodoratus fuerat. Quare poſtea non debuit Pithœanam lectionem amplecti. Vegetius, qui Valentiniano II. inſcripſit

pſit opus ſuum de Re militari, lib. I. cap. I. militum *Germanorum proceritatem* exaggerat. Solinus initio capitis xx. de Germania, ejuſque incolis ita ſcribit: *dives virorum terra, frequens populis numeroſis, &* IMMANIBUS. Idem Vegetius cap. v. ait, *quondam* (ante legem a Valentiniano I. latam) *ſenos pedes vel certe quinos, & decem uncias* habentem requiſitam fuiſſe tironum proceritatem. De hac Guillelmns Appulus in poemate hiſtorico de Geſtis Normannorum lib. II. ſic canit:

Teutonici, quia cæſaries & forma decoros
Fecerat egregie PROCERI *corporis illos,*
Corpora derident Normannica, quæ breviora
Eſſe videbantur.

Sidonius Francos, Germanorum ſobolem, *proceros* vocat carm. v. *v.* 243.

Strictius aſſutæ veſtes PROCERA *coercent*
Membra virum.

Eidem *ſeptipedes* ſunt Germani carm. XII. *v.* II. Sico Princeps Beneventanus, utpote gente Langobardus, hoc eſt Germanus, apud Camillum Peregrinium in Hiſtoria Prin-

Principum Langobardorum Parte I. pag. 240. dictus eſt

Celsus *ab* excelsa *Bardorum gente, ſtatura Corporis, ut cunctis altior ille foret.*

Chiffletius in Anaſtaſi cap. v. pag. 85. auctor eſt, Childerici I. ſtaturam eminuiſſe *ad pedes mathematicos quinque cum dimidio*, ut ex oſſibus colligi datum. Menſuram *pedis Romani* ad accuratum examen deduxit Raphael Fabrettus olim noſtri amantiſſimus Diſſert. II. de Aquis & Aquæductibus pag. 70.

VIII

Gothum ergo militem cum theſauro ſuo Peruſiæ ſepultum habemus, & quidem in ultima parte civitatis, quum alias mortuos, etiam Chriſtianos, extra urbium portas humatos ſæculo VI. doceant ſcriptorum teſtimonia, ſeorſum ab eodem Chiffletio congeſta in *Geminiæ matris ſacrorum titulo ſepulcrali explicato* pag. 26. De antiquo Peruſinæ urbis pomœrio jam non diſputo. Hoc patriarum antiquitatum peritis indagandum relinquo. Tantum innuo,

Theodericum Regem Gothorum in Edicto cap.cxi. pag.255. gravi eos pœna mulctaſſe, qui *intra urbem Romam cadavera ſepelirent*.

Gothum noſtrum ſæculo vi. terræ mandatum ſatis produnt nummi aurei Juſtiniani & Juſtini ii. Auguſtorum cum ipſo reperti. Duos ex illis proferre non pigeat. Sunt enim omnes unius formæ, ut dictum eſt. Eadem lemmata & figuræ ſingulis inſunt, quanvis non omnes unicum typum ſubierint.



Pau Pilaia del et Scul

DN.

1

DN. IVSTINIANVS PPA

Imperator cum galea criſtata. Dextera globum cruci ſubjectum, ſiniſtra clypeum tenet, cui inſcriptus eques.

VICTORIA AVGGGS

Victoria ſtans. Dextera haſtam crucigeram, ſiniſtra globum crucigerum tenet, ſub quo ſtellula. Infra CONOB.

Juſtiniani aureos nummos, huic perſimiles, vide apud cl. Anſelmum Bandurium to. II. Numiſmatum Impp. pag. 633. & apud Franciſcum Mediobarbum in Occone aucto pag. 562. qui eos illigat A. D. 533. de quo tamen non conſtat.

2

DN. IVSTINVS PPAVG

Imperator cum galea criſtata. Dextera globum, cui inſiſtit victoriola ſertum porrigens, ſiniſtra clypeum tenet, cui eques inſcriptus.

VICTORIA AVGGGZ

Figura ſtolata & galeata ſedens, dextera haſtam, ſiniſtra globum crucigerum tenet. Infra CONOB.

His quoque perſimiles nummos pandit Bandurius pag. 651. & Mediobarbus pag. 570. qui eos defigit A. D. 570. Literam Græcam numeralem Z in averſa parte poſt AVGGG,

ſeu, quod idem eſt, AVGGG. ſignatam, fabricæ monetalis numerum putat Chiffletius in Anaſtaſi cap. XVIII. pag. 264. Ego annum VII. Imperii denotare arbitror, qui incidit in A. D. 571. Chiffletium hac in re triplex error fefellit in literis numeralibus Græcis male perceptis: quas nummi etiam Latini, media ætate apud Græcos cuſi, idemtidem præferunt.

Primo enim notam S, quæ numerum VI. deſignat, ipſe pro XVIII. litera latini alphabeti perperam ſumit.

Secundo literam V, quæ Græca non eſt, ipſe in nummis Zenonis Auguſti pro litera latina XX. accepit, quando ex more pronunciationis eſt Græca B, numerum II. exprimens, ut apud Bandurium to. II. pag. 600. in altera parte nummi aurei Zenonis VICTORIA AVGGG V. pro B. Promiſcua hæc duarum literarum uſurpatio in nummis & lapidibus, nedum codicibus MSS. frequentiſſima eſt, atque omnibus nota. Adi Johannem Paſſeratium in libro de Literarum inter ſe cognatione ac permutatione pag. 156.

Tertio Chiffletius notam Z putavit literam latini alphabeti XXIII. quando tamen

men numero vii. reſpondet. Nummi Græci antiquiores, ex quibus Henricus Noris, purpurei faſtigii decus eximium, Epochas ſuas traxit, rem extra omnem dubitationis aleam ponunt. Sunt & aliæ numerales notæ in nummis *Zenonis* apud Chifflletium, aliosque, ut ſuſpicor, penſiculatius conſiderandæ. Hæ vero ſunt

o *pro* Θ 9
F *pro* E 5
C *pro* Θ 9

Ante Conſtantinum Magnum triplex litera GGG totidem Auguſtos, cumque illis aliquando Cæſares, comprehendit. Deinde utroſque ſimul, Orientis & Occidentis Imperatores. Sæculis v. & vi. difficillimum eſt tres illas literas congrua explicatione *Auguſtis* adcommodare, niſi dixeris, inferioris ævi monetarios ſuperiorum typis uſos etiam poſtquam plures Auguſti ſimul eſſe deſiiſſent. Nicolaus Alemannus in notis ad Procopii Hiſtoriam arcanam cap. ix. triplicem literam GGG non *trium Auguſtorum* indicium, ſed *inciſorum abuſum* vocat. Eam alicubi fortuito ſic poſitam credit Antonius Pagius, reclamante nihilominus Johanne Georgio Eccardo in Epiſto-

la

la de Nummis ſub Theoderico Rege Oſtrogothorum percuſſis. An typos ſuperiorum Auguſtorum, in quibus eadem triplex litera G G G eſſet expreſſa, novi monetarii aliquando uſurpaſſe dicendi ſint, alii viderint. Certe interdum id factum non diffitetur Eccardus in fine Epiſtolæ, ubi obſervat, in nummis *Baduilæ* ſeu *Totilæ* Regis, & *Tejæ*, cujus morte Oſtrogothorum in Italia regnum defecit, Anaſtaſii & Juſtini I. *Auguſtorum* imagines & nomina exſtare, qui tamen jamdudum exceſſerant. Nos ex nummis *Juſtini* II. cum hominis cadavere effoſſis, hunc ſub eodem *Juſtino* deceſſiſſe credimus. Nullus enim ibi nummus *Tiberii Conſtantini*, qui *Juſtinum* II. excepit, repertus eſt. Chiffletius in Anaſtaſi cap. XVII. pag. 249. inter numiſmatum utilitates illam recenſet, quod characteribus temporum certis ſepulcrorum ac theſaurorum ævum ac vetuſtatem oſtendant. Aubertus Miræus in Chronico Rerum Belgicarum A. D. 1607. pag. 457. narrat, theſaurum mille & ſexcentorum aureorum numiſmatum in Flandria repertum. Hæc erant *Domitiani*, *Trajani*, *Hadriani*, *Matidiæ*, *Sabinæ*, *L. Aelii*, *Antonini Pii*, *utriuſque Fau-*

ſti-

ſtinæ, *M. Aurelii*, *L. Veri*, & *Lucillæ*. Ex unico vero *Commodi Cæſaris*, adhuc imberbis nummo cum epigraphe in priori area COMMODO CAES. AVG. FIL. GERM. SARM. inque averſa parte PRINC. IVVENT, Miræus vir ſagax theſaurum illum aureum circa A. D. 176. *M. Aurelio* imperante, ejuſque filio *Commodo* Cæſarem agente, defoſſum agnovit. Idem ſcriptor A. D. 1631. pag. 503. alium theſaurum, ſed argenteum, prope Antverpiam erutum memorat, in quo *Caracallæ*, *Juliæ Mamææ*, *Elagabali*, *Severi Alexandri*, *Gordiani*, *Philippi utriuſque*, *Marciæ Otaciliæ*, *utriuſque Decii*, *Treboniani Galli*, *Voluſiani*, *Valeriani*, *Gallieni* numiſmata erant; nullum *Poſtumi*, cujus plurima alias in Belgio paſſim ab agricolis erui Miræus tradit A. D. 263. pag. 42. Quare theſaurum illum argenteum circa A. D. 260. ante *Poſtumi* in Gallia Imperium, in ſinum magnæ matris fuiſſe reconditum Miræus optime exiſtimavit. Pari quoque modo Chiffletius, quum inter centum nummos aureos in Childerici I. conditorio repertos unicus eſſet *Zenonis* Auguſti, commode aſſequutus eſt, Childerici I. ſub *Zenone* extincti, non alterius, eſſe anulum ſigna-

to-

torium & reliquum theſaurum, Tornaci defoſſum. Extinctus eſt Childericus A. D. 481. adeoque VIII. non VII. *Zenonis* anno. Hujus nummus cum eo repertus pag. 252. eſt XII. ſic inſcriptus in poſtica, VICTORIA AVGGG. Δ, nempe anno IV. qui concurrit cum A. D. 477. adeoque non VII. *Zenonis* Imperii anno, ut Chiffletio viſum eſt, neque etiam VIII. Ne longior ſim, theſaurum omnium maximum & opulentiſſimum aureorum numiſmatum Conſularium ſub finem anni 1714. inter Mutinam & Brixillum aratro detectum conſtat, annoque 1715. clanculum inde ſublatum. Omnia in *Triumviratu* cuſa erant: partim vero poſt Julii necem, & ante Imperium *Octavii*, cujus effigiem cum elogio *Triumviratus*, cumque Agrippa *Conſule deſignato* præferebant; unde Carolus Cæſar Baudelotius, rei antiquariæ apprime conſultus, in Explicatione nummi aurei familiæ Cornuficiæ poſt Epiſtolam de Solone gemmarum ſcalptore pag. 3. olfecit, hanc fuiſſe arcam militarem exercitus, quem L. Antonius & Fulvia Marci fratris uxor A. V. 713. & 714. contra Auguſtum delegerant. Quare poſt A. V. 715. quo *Agrippa* pro anno inſequente *deſignatus Conſul*, the-

theſaurus ille ſepultus eſt circa tempus, quo Peruſia ab Octavio obſeſſa, judice Baudelotio; annoque propterea ante Chriſtum natum xl. ex Jacobo Uſſerio in Annalibus pag. 538. De hoc theſauro plura nuper ſcripſimus ad clariſſimum & amiciſſimum virum Bernardum a Monteſalconis, legenda in ejus Supplemento antiquitatis explicatæ to. iiI. cap. vi. pag. 137.

IX

Miles ergo ſub Imperio Juſtini iI. qui alias *junior*, *Thrax*, & *Curopalata* cognominatur, *Peruſiæ* cum auro & argento conditus eſt. Roma A. D. 549. a Totila, poſt Witigem Theodahati ſucceſſorem novo Rege, obſeſſa, belli Gothici Juſtinianei anno xv. ex calculis Pagii, ſecundo capta eſt. Totilas eam ferme quadriennium occupavit, quo tempore populus Romanus vere captivus vocari potuit. Vide Procopium de Bello Gothico lib. iiI. cap. xxxvi. Tunc a profanis manibus *donaria* ſancti Petri ablata arbitramur, inque his *Diſcum* ſive *Gabatam*, poſtea impio militi conſepultam. Idem Procopius lib. iiI. cap. xxv. narrat, anno xii. belli Gothici, quem Pagius defigit A. D. 546. Totilam,

f pri-

primitus Roma capta, Beliſario Byzantium profecto, ſublatoque Cypriano Peruſiæ Duce, ad hujus civitatis obſidionem copias miſiſſe. Poſtea lib. III. cap. XXXV. hæc ſcribit: *tunc & Peruſiam, urbem Tuſciæ principem, dira obſidione cinctam reliquit, quæ, dum ille eſſet in via, vi capta eſt*. Ex eodem hiſtorico hæc evenerunt anno belli Gothici XIV. qui A. D. 548. omnino connectitur. Gregorio Magno teſte in Dialogis lib. III. cap. XIII. *Totilæ exercitus eandem urbem annis* VII. *continuis obſedit*. Hoc omnes ſcripti codices dicunt, ne nos cum viro percelebri *menſes* pro *annis* ex ingenio ſubſtituamus. Gothis enim Æmiliam, Picenum, Umbriam & Tuſciam ab A. D. 542. occupantibus (quod patet ex Chronico Marcellini Comitis) *Peruſia* quoque ſeptennio *obſeſſà*, vel potius *circumſeſſà*, dici potuit. Quare per ea tempora, & fortaſſe circa A. D. 552. ex urbe Roma poſt quadriennium fugientibus Gothis, Totilaque interemto, dum Narſes eam occupavit, *Diſcus* ex sancti Petri baſilica ablatus eſt, & *Peruſiæ* cum prædone ſepultus poſt A. D. 565. quo Juſtinus II. Juſtiniano ſucceſſor datus; immo poſt A. D. 571. quo cuſi fuerant nummi Ju-

Digitized by Google

Juſtini II. cum Gotho reperti; ſi litera quidem illa numeralis poſt AVGGG. Z annum VII. Imperii deſignat. Narſes Juſtiniani primum, & deinde Juſtini II. ſummus copiarum dux *Peruſiam* recepit anno XXVI. Juſtiniani, ſive A. D. 552. ex Procopio lib. IV. cap. XXXIII. Quare *Gothus* ille in caſtra Juſtiniani & Juſtini II. tranſiiſſe dicendus eſt; quippe qui a capta per Totilam Regem *Peruſia*, ſive ab A. D. 548. ad A. D. 571. ibidem manſerit, diemque ſupremum obierit. Hæc omnia nos monent quanti referat, loca ſpeciatim ſciri, ubi vetuſtatis reliquiæ effodiuntur.

X

De ſacri anathematis detectione hæc præfati, jam ad *Diſcum* ipſum propius contrectandum accedimus, pium ritum, ſinceræque religionis plenum enarraturi, quo veteres Chriſtiani Deo immortali in ædibus ei dicatis dona offerebant, quæ ipſi, acceptorum beneficiorum probe memores, non ſua, ſed donorum ipſius Dei partem dicere conſueverunt. Variis hæc teſtimoniis atque ævi ſemipriſci reliquiis, in quibus pura & minime fucata ſimplicitas potius,

tius, quam elegàntia ſpectatur, illuſtrare ſtudemus. Hanc enim majores noſtri, nudæ veritatis pulchritudine capti, plerunque negligere viſi ſunt: quod non tantum plurima exempla, ſed adverſus gentilium calumnias & irriſiones diſerta nec pauca Arnobii loca nos docent, qui vulgarem & ſimplicem illum Chriſtianorum ſermonem libro I. contra Gentes his tandem verbis tutatur: *quum de rebus agitur; ab oſtentatione ſubmotis, quid dicatur ſpectandum eſt, non quali cum amœnitate dicatur; nec quid aures commulceat, ſed quas afferat audientibus utilitates.*

IN-

INDEX CAPITUM

I. *Diſcus Chriſtianus Peruſiæ repertus quanti faciendus*. pag. 1

II. *Diſcus Peruſinus eſt Gabata votiva*. 2

III. *Sacræ Gabatæ varii generis*. 5

IV. *Gabatæ & anathemata multa apud veteres Chriſtianos*. 7

V. *Sacra miniſteria, ideſt ſacra vaſa, ubi adſervata*. 11

VI. *Diſci Peruſini & veterum clypeorum cælaturæ*. 12

VII. *Cædes Maxentii Tyranni in Diſco Peruſino expreſſa*. 14

VIII. *Diſci Peruſini inſcriptio explicatur*. 16

IX. *Formula de* donis Dei *in Diſco expreſſa illuſtratur*. 19

X. *Munera per formulam* de donis Dei, *&* beatæ Mariæ Virginis, *Eccleſiis oblata*. 22

XI. *Alia munera per formulam* de donis Dei *in eccleſiis oblata*. 25

XII. *Alia munera ſub eadem formula* de donis Dei *in eccleſiis oblata*. 29

XIII. *Gregorii* II. *Pont. Max. donatio Petro & Paulo Apoſtolis facta*. 35

XIV. *Petrus Apoſtolus non* sancti, *ſed* domni *vocabulo ornatus in* Diſco. 36

XV.

XV. *Formula de* Donis Dei *a ſummis pontificibus uſurpata*. 45
XVI. *Formula de* donis Dei *eſt mere liturgica*. 46
XVII *Orbiculi votivi*, thoraces *etiam dicti*, *alias* clypei. 50
XVIII. *Alia formula* Diſci *Peruſini*, utere felix. 55
XIX. Diſcus *Peruſinus ad quem uſum oblatus in æde ſacra?* 59
XX. *Vaſa aurea & argentea a principibus viris oblata in ædibus ſacris*. 62
XXI. *Ritus vaſa aurea & argentea Deo offerendi illuſtratur*. 63
XXII. *Ritus offerendi literas donationum teſtes ſuper altare*. 66
XXIII. *Donationes eccleſiis factæ, ipſi Deo ſunt factæ*. 69
XXIV. *Donationes eccleſiis factæ*, ſacrificium *dictæ*. 73

Figuræ.

1 *Fibula, catenula, anulus, & inauris*. XXI
2 *Nummi Juſtiniani & Juſtini* II. *Impp.* XXXIV
3 *Diſcus Peruſinus*. 3
4 *Arcus & inſcriptio Tiberiaci*. 32
5 *Nummus cum imaginibus sanctorum Petri & Pauli*. 38
6 *Aſelli pueri Chriſtiani inſcriptio cum imaginibus sanctorum Petri & Pauli*. 40
7 *Summorum Pontificum nummi decem*. 42

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

Nuncius Baccarius Epiſcopus Bojanenſis Vicesgerens.

ADPROBATIO
CENSORIS

COpiam ſelectæ eruditionis, quam Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Præſul Juſtus Fontaninus Archiepiſcopus Ancyranus de more confert in præclaro hoc monumento illuſtrando, literatorum favore ac plauſu exceptum iri minime dubitandum eſt, pro conſtanti doctorum virorum ſtudio in præclaris ejuſdem operibus expetendis. Eſt autem quod in primis gratuletur domeſtica Antiquariorum Academia, ab Eminentiſſimo ac Reverendiſſimo Principe Alexandro Cardinali Albano jampridem inſtituta; cum videat, hujuſmodi donarium, quod auſpicato exercuit ſtylum ejuſdem Academiæ ante decennium in Epiſtola ad illius Principem & conditorem, inſcripta *De aureis & argenteis cimeliis in Arce Peruſina effoſſis anno* MDCCXVII. eodemque anno typis data, ut eſset ſpecimen *Auctarii antiquitatis eruditæ*, præſertim vero ineditæ, quod inde duxerat inchoandum; videat (inquam) tanti fieri a doctiſſimo Scriptore, ut ſuis etiam obſervationibus judicaverit cumulandum. Præ ceteris Academicis obſervantiæ ſuæ teſseram Illuſtriſſimo Præſuli offert is, qui eſt Academiæ Albanæ a ſecretis, & in ſacroſancta Liberiana Baſilica ſyncellita, dum laudati ope-

operis, juſsu Reverendiſſimi Patris Magiſtri ſacri Palatii Apoſtolici a ſe perlecti pretium gratulatur e domeſtico Muſeo Nonis Aprilis MDCCXXVII.

Franciſcus Blanchinus Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Prælatus Domeſticus.

IMPRIMATUR.

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

DI-

Digitized by Google

DISCUS
ARGENTEUS CHRISTIANUS
COMMENTARIO ILLUSTRATUS

I Diſcus Christianus Peruſiæ repertus quanti faciendus.

VETERA monumenta ſacros Chriſtianorum mores & ritus ſpectantia ſive ea in lapidibus & metallis, ſive in fictilibus ſint expreſſa, magno nobis in pretio habenda ſunt, quos primævam illam ſimplicitatem, veramque pietatem erga Deum, vitio noſtro jamdudum obſoleſcentem, non oculis tantum perluſtrare, ſed vel maxime intimo cordi infigere decet. Hinc optandum, ut ubi e terræ viſceribus prodeunt, rerum Chriſtianarum ſtudioſos & liberales dominos nanciſcantur. *Diſcus* argenteus huc referendus, non ita pridem *Peruſiæ* repertus, & bono fato in avaras manus haudquaquam delapſus, quæ fuſum, inque maſſam informem redactum, ut alias ſæpe contingit, nobis eripere potuerint, ſingulare nimirum & fortaſſe unicum priſcæ Chriſtianitatis ſuperſtes cimelium, *Gazæ Albanæ* locupletandæ merito deſtinatum. *Diſcum* quinquelibralem & quincuncem eſſe comperimus, ex puro argento conflatum. Alicubi eſt fractus, duraque rubigine aſper, qua eum in-

Digitized by Google

CAP. II invidioſa vetuſtas nonnihil vitiavit, interioris tamen *orbiculi* literas & cælaturam lædere verita. Diameter æquat palmos duos Romanos architectonicos, unciis tribus minores. Ejus ectypon a perita manu delineatum quum mihi inſpiciendum tradidiſſet Ampliſſimus Cardinalis ALEXANDER ALBANUS, quædam ſtatim in oculos mentemque incurrerunt, quæ lubet hic breviter enarrare. Ex ingenio nihil decernere eſt animus. Conſtat enim, in talibus id probari, quod exemplis & auctoritate fulcitur. Hanc unam laudare, & inconſultis doctrina præſtantibus viris nihil ſtatuere, eoque minus aliena pro ſuis venditare, ingenui pudoris plena res eſt.

II
Diſcus Peruſinus eſt Gabata votiva.

D*Iſcum* appello vas rotundum, patulum, & cavum, ſeu mavis *lancem*, clypeo perſimilem. *Gabatæ* genus vaſorum centies memorantur in ditiſſimo illo Chriſtianæ eruditionis gazophylacio, libro inquam Pontificali, qui Anaſtaſio S. R. E. Bibliothecario paſſim adſcribitur: tantum M. Antonii Sabellici librum *Anaſtaſio* tribuentis auctoritas valuit! Loca inde plurima congerit Julius Cæſar Bulengerus in libro II. de Donariis pontificum cap. XXV. Volo enim ſuæ cuique induſtriæ honos reddatur. *Gabatæ* erant *lances* ſeu *diſci*, in Eccleſiarum ſanctioribus locis ſervati. Vocabulum ad *lancem* eſcariam indicandam veteribus notum. Martialis libro VII. epigram. XLVII. de Annio quopiam, convivia brevi duratura inſtruente, ſic canit

Quum



Diſcus argenteus votivus veterum Chriſtianorum
Ex museo Albano

Paulus Pilaia s

Digitized by Google

CAP. II *Quum menſas habeat fere ducentas,*
Pro menſis habet Annius miniſtros:
Tranſcurrunt GABATÆ *volantque lances.*

Quum enim mos eſſet, ut menſa ferculis onuſta ſingulis convivis media adponeretur, Annius ipſe, ut lautior videretur, non quidem menſa, ſed miniſterio plurium ſervorum uſus, accumbentibus ſingula miniſtrabat fercula. Explicatio eſt viri, legationibus regiis & literatura nobilis, Lazari Bayſii in libello de *Vaſculis* pag. 147. editionis Roberti Stephani: quod argumentum ampliori opere digniſſimum eſt. Rurſus idem Poeta libro XI. epigr. XXXII. in Cæcilium:

Sic implét GABATAS, *paropſidaſque,*
Et leves ſcutulas, cavaſque lances.

Apud Carolum Cangium in Gloſſario Græco *gabathon* & *gabata* eſt *catinus alveatus, cavatus*. Pro *gabata* ſæpius *gavata* etiam occurrit. Diſcos votivos & ſacros, quod *gabatæ* eſcariæ ſpeciem quandam referrent, interque ſacræ menſæ miniſteria adponerentur, majores noſtri *gabatas* dici voluerunt. *Planæ* erant quædam, aliæ *fundatæ*, quas vocat Bibliothecarius (quicunque is fuerit) nimirum *profundæ* & *cavæ*, contra Bulengerum explicante Cangio in Gloſſario Latino. Ait Bibliothecarius Leonem III. pontificem obtuliſſe in Eccleſia ſanctæ Suſannæ *gabatas aureas* FUNDATAS *tres, penſantes libras quatuor & ſemis*. Ita ille pag. 178. editionis Moguntinæ. Quædam *gabatæ* erant *anaglyphæ*, aliæ partim *cælatæ*, partim *puræ*, quas *in-*

interraſiles in eodem libro ſæpe dici videmus, vocabulo apud Plinium, rei metallicæ peritiſſimum, alias uſurpato in libro XII. cap. XIX. *Coronas*, inquit, *ex cinnamo*, INTERRASILI AVRO *incluſas primus omnium in templis Capitolii atque Pacis dicavit Imperator Veſpaſianus Auguſtus*. Locum ad id comprobandum alias protulit Antonius Dadinus Alteſerra in notis ad Bibliothecarium in Gregorio II. pag. 95. Eſt ergo *interraſile* per intervalla lævigatum & politum, quod *raſili* opponitur, & ſubinde cælatura & plano variatur. Æneas Vicus in Commentariis pag. 129. editionis Aldinæ anni 1562. argentum *raſile* dicta ait ſimulacra, laminis planis, raſiſque & politis confecta. Nos *liſcio* Italice dicimus. Vide Johannem Harduinum ad Plinii locum jam adductum, & Cangium v. *interraſilis*. Hinc nutat Bollandi ſociorum ſententia, qui tomo II. Maii pag. 395. hæc habent: *corona interraſilis ſeu tranſparens, per intervalla rareſcens & perforata*. Idem auctor (Bibliothecarium dico) pag. 193. ait, Leonem III. feciſſe *in Baſilica beati Petri Apoſtoli nutritoris ſui gabatam ex auro puriſſimo* ANAGLYPHAM. Pag. 196. cum *gabatas argenteas interſatiles* (lege *interraſiles*) FUNDATAS XXI. feciſſe tradit. CAP. III

III

Sacræ gabatæ varii generis.

QUam damus *gabatam*, eſt *fundata*, *anaglypha* & *interraſilis*. Alias *gabatas argenteas pendentes in catenulis* Bibliothecarius enumerat in Leone IV. pag. 259. Antea vero in Leone III. pag. 187. leguntur *gabatæ ex auro puriſſimo* XV. *pendentes in pergula ante altare, penſantes libras* LXV. *& ſemis*. Item pag. 191. *gabatæ ſex cum*

CAP. III *cum cruce ex argento puriſſimo, quæ pendent ante arcum majorem dextra lævaque, penſantes ſimul libras* XII. *& ſemis*. In Sergio II. pag. 254. *gabatas ex argento puriſſimo, auroque perfuſas quatuor pendentes ante veſtibulum ſacri altaris, atque gabatas interraſiles deauratas cum bullis duabus*. Ad hæc *gabatæ* quoque *cum pedibus ſuis* a Gregorio IV. oblatæ dicuntur. In ſacris baſilicis *gabatæ* variis figuris *cælatæ* offerebantur. Ex his *ſaxiſcæ* non ſemel occurrunt in Leone III. pag. 275. & in Benedicto III. pag. 301. quas Alteſerra in notis ad Gregorium III. pag. 94. ſic dictas cenſuit, quaſi in *Saxonia*, vel Romæ in vico *Saxonum* fieri ſolitas. Nomen inde ſumtum, quod lapillos & ſaxeas conchulas & patinas, in rupibus atque antris repertas, artificio ruſtico imitarentur. Bulengero ſic ferme explicanti non invitus adſentior. *Saxiſcus* enim nomen eſt diminutum a *ſaxo*, quomodo *Thraciſcus* a *Thrace*, *Græciſcus* a *Græco*, & alia id genus, quæ a Cangio denſantur in Gloſſario v. *Franciſcus*. Sic *calathiſcus* a *calatho*, *Syriſcus* a *Syro*, & *typiſcus* a *typo*: quo poſtremo vocabulo pro eo, quod Italice dicimus *ſtampatello*, uſum comperio magnum popularem noſtrum Hieronymum Aleandrum ſeniorem, Comitem Palatinum, & poetam laureatum, dein S. R. E. Cardinalem, in pervenuſto carmine phaleucio de Arte typographica ad Bertholdum Remboltum Argentinatem, typographum Pariſienſem, operibus ſancti Cypriani per illum editis A. D. 1512. præfixo. Ejus mihi Hiſtoriam literariam Fori-Julii ſcribenti indicium fecit clarus ingenio & doctrina præſul, ſcriptorumque rario-

rariorum ſedulus venator Dominicus Paſſioneus Epheſius antiſtes, & Romanæ Sedis Apocriſarius apud Remp. Helvetiorum. De iſtiuſmodi nominibus diminutis agere memini Claudium Lancellottum in Nova methodo perdiſcendæ linguæ latinæ pag. 482. editionis Italicæ.

IV

Gabatæ & anathemata multa apud veteres Chriſtianos.

GAbatæ non tantum *ſaxiſcis*, ſed *palmis*, *leonibus*, *gryphis*, *Angelis* etiam cælatæ exhibebantur. *Gabatas argenteas, habentes gryphos, penſantes libras* II. legimus in Leone III. pag. 179. Ad hæc in Gregorio IV. *gabatas interraſiles de argento* XII. *Angelorum opere conſtructas, & alias gabatas interraſiles* V. *cum pedibus ſuis*. In Leone IV. pag. 277. *gabatas de argento puriſſimo numero* VI. *Tres quidem filopares ſigno Chriſti, & duas etiam ſimilitudines palmarum, & unam interraſilem, quæ eſt ſaxiſca, penſantes ſimul libras* IV. Ibidem pag. 290. memorantur *gabatæ ex argento fuſiles, majores minoreſque* VII. *penſantes libras* XVI. *& unciam unam*. In Leone III. pag. 308. *argenteæ gabatæ numero* VIII. *quæ penſant ſimul libras* CC. *&* LXX. *&* VI. Erant enim *gabatæ* magnæ, & parvæ etiam: quas inter noſtra medii eſt ponderis & menſuræ. Tot teſtimoniis ex uno Bibliothecario petitis *gabatam* explicuiſſe, intercedet puto, quominus virorum illuſtrium auctoritas ad Acta Sanctorum Maji die XIV. tomo III. pag. 395. col. I. *gabatam* pro *lampade penſili* obtrudat: in quo eodem errore verſatum deprehendo Alteſerram in his verbis ad Gregorium III. pag. 95. *gabatæ ſunt patellæ cavæ ex auro vel argento, vel ære, in quibus ardebat oleum*. Atqui

CAP. IV Atqui *lampades* & *patellæ, in quibus ardebat oleum,* non *gabatæ*, ſed *phari* & *phara* dictæ ſunt. Poſt Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana libro III. cap. XLVIII. pag. 40. adi Conradum Jänningum, veteri neceſſitudine mihi conjunctum, de *Pharis* ſeu *lychnuchis* pendulis agentem in Junio Bollandiano to. VII. pag. 129. §. IX. Hujus loci eſt *ſcala, ad accendendos faros repoſita*, in Actis translationis ſancti Sebaſtiani ſæculo IV. Benedictino Parte I. pag. 408. Immenſum plane numerum *gabatarum* ex auro argentoque, in Romanis baſilicis adſervatum, ab uno libro Pontificali docemur. Immenſa quoque anathematum ſtrues utranque paginam implet apud Bulengerum, ea recenſentem. Ipſe de *Coronis* dixi nonnulla in Diſſertatione de *Corona ferrea Langobardorum*, quam non fruſtra auctam & editioni IV. paratam habeo. Tot ac tanta pietatis antiquæ pignora, in eccleſiarum tabulis deſcripta, exponebantur *in pergula ante altare*, inquit Bibliothecarius in Leone III. pag. 187. *Pergula*, ſæpe memorata in libro Pontificali, erat exedra ante altare, in qua exponebantur ſacra donaria, inquit Jacobus Cujacius lib. II. Obſervat. cap. XIII. Eam erudite explicavit politiſſimus Carolus Datus in Vitis Pictorum veterum pag. 107. Feſtis diebus ſolemnioribus ſacras ædes pretioſis cimeliis ornari conſueviſſe adnotarunt ſanctioris Minervæ ocelli, Johannes Cardinalis Bona in rebus liturgicis lib. I. cap. XXV. §. II. noſterque cl. Bonarotius in Obſervationibus ad Vaſa vitrea antiquorum pag. 260. Quantacunque vero fuerit primorum Chriſtianorum tenuitas & parſimonia inter anguſtias, perſecutorum odio con-

Digitized by Google

conflatas, in rebus tamen Dei cultum & ſacra miniſteria ſpectantibus, prælargi fuerunt, & quammaxime liberales. Mox ab Apoſtolis Lucianus ille ſannio gentilis locum, quo noſtri conveniebant, *domum aurato faſtigio inſignem* vocavit in Philopatro (ſi ejus eſt) to. II. operum edit. novæ pag. 776. Ceterum antiquam Eccleſiarum opulentiam palam faciunt *ſeſtertia centum millia nummum*, quæ ex unius Carthaginienſis gazophylacio ad fideles Numidas e barbarorum captivitate liberandos miſit ſanctus Cyprianus epiſt. LX. vel LXII. Sed de ſpiſſis & magnis Baſilicæ Vaticanæ donariis Paulum Oroſium loquentem præſtat audire lib. VII. cap. XXIX. ubi Romanæ Urbis direptionem, Alarico Rege Gothorum auctore factam, enarrat: qui tamen edicto vetuit, ne profugi in ædes ſacras, præcipue ſancti Petri, vel minimum læderentur. Locus eſt perinſignis & maxime dignus, qui, licet longiuſculus, huc totus adferatur. Sunt verba Oroſii: *diſcurrentibus per Urbem barbaris, forte unus Gothorum, idemque potens & Chriſtianus* (Arianum intellige) *ſacram Deo Virginem, jam ætate provectam, in quadam eccleſiaſtica domo reperit: quumque ab ea aurum argentumque honeſte expoſceret, illa fideli conſtantia, eſſe apud ſe plurimum & mox proferendum ſpopondit, ac protulit: dumque expoſitis opibus attonitum barbarum magnitudine & pondere ac pulcritudine, ignota etiam vaſorum qualitate, intelligeret Virgo Chriſti, ad barbarum ait: hæc Petri Apoſtoli ſacra miniſteria ſunt. Præſume, ſi audes: de facto tu videris. Ego, quia defendere non valeo, neque tenere audeo. Barbarus vero ad reverentiam*

Digitized by Google

CAP. IV *religionis, timore Dei & fide Virginis motus, ad Alaricum hæc per nuncium retulit: qui continuo reportari ad Apoſtoli baſilicam univerſa, ut erant, vaſa, imperavit; Virginem etiam ſimulque omnes, qui ſe adjungerent Chriſtianos, eodem cum defenſione deduci. Ea domus a ſanctis ædibus longo, ut ferunt, & medio interjectu Urbis aberat. Itaque magno ſpectaculo omnium diſpoſita per ſingulos ſingula, & ſuper capita elata palam aurea atque argentea vaſa portantur, exertis undique ad defenſionem gladiis pia pompa munitur. Hymnis Deo Romanis, Barbariſque concinentibus, publice canitur. Perſonat late in excidio Urbis ſalutis tuba, omneſque, etiam in abditis latentes, invitat ac pulſat. Concurrunt undique ad vaſa Petri, vaſa Chriſti plurimi, etiam pagani Chriſtianis* (ideſt Arianis) *profeſſione, ſi non fide admiſcentur; & per hoc (tamen ad tempus) quo magis confundantur, evadunt. Quanto copioſius aggregantur Romani confugientes, tanto avidius circumfunduntur barbari defenſores.* Oroſii fuſius hæc adducta, tum rei, tum ſermonis gravitas excuſabit. Alaricus Eccleſiis pepercit, & barbarum militem poſt triduum juſſit Urbe diſcedere. Contra Chriſtiani paganis immaniores A. D. 1527. Urbem ipſam, eccleſias, & loca ſacra univerſa continenter per totum menſem depopulati, a die VI. Maji ad diem V. Junii teterrime profanarunt atque everterunt. Sine lacrymis legi non poſſunt quæ de hac clade narrat Cæſar Grolierius in Hiſtoria expugnatæ Urbis a pag.73. ad pag.80. Sed omnino audiendus Petrus Alcyonius in Oratione nondum edita pro S. P. Q. R. de Rep. reddenda ad Carolum V. atque e cu-

cuſtodia liberando Clemente VII. Verba ejus hæc ſunt: *crudeliter habiti ii potiſſimum fuerunt, qui in auguſtiſſimum & religioſiſſimum divi Petri fanum confugerant, exiſtimantes omnino, milites tuos placabiliores fore Chriſtianis, quam Gothi, Viſigothi, Vandali, & reliqui ejuſmodi barbari, non ſatis Chriſtiani, olim Chriſtianis fuerunt. Hoc igitur templum ita fædarunt, ut nullum genus crudelitatis, latrocinii, cædis omiſerint. Sacerdotes quoque partim ad aras crudeliſſima morte mactarunt, partim divorum imagines complectentes jugularunt, partim ſemineces tractos pro templo canibus dilaniandos reliquerunt.* Horror plura dicere non ſinit. CAP. V

V
Sacra miniſteria, ideſt ſacra vaſa, ubi adſervata.

VAſorum eccleſiæ Chriſtianæ ſupellex, de qua Oroſius, *ſacrum miniſterium* dicebatur, divinæ menſæ cultui nimirum inſerviens: quod omnia ornamenta, inſtrumenta, & vaſa divinæ Euchariſtiæ conficiendæ, ejuſdemque triclinio ſternendo neceſſaria complectebatur. Hoc docent Cangius in Gloſſario, & Mabillonius lib. I. de Liturgia Gallicana cap. VII. §. 3. pag. 63. Hinc intelligi datur quid ſit *tradere miniſteria divina* apud Victorem Vitenſem lib. I. cap. XII. de Perſecutione Vandalica. *Sacra* hæc *miniſteria* in ea *bematis* ſeu *presbyterii* parte exponi conſueverunt, quæ *concha* dicebatur, ſub *abſide*, ubi ſacrificium incruentum fiebat. Locum tamen ipſum, in quo *donaria* reponebantur, a gentilibus *donarium* quoque dictum adnotavit Jacobus Philippus Tomaſinus de Donariis cap. I. Exſtat diſtichon Paulini Nolani epiſt. XII. ad Severum pag. 154. editionis

 tionis Roſweydi, in dexteram partem abſidis, ubi *miniſterium* recondebatur:

Hic locus eſt veneranda penus, qua conditur, & qua
Promitur alma ſacri pompa MINISTERII.

De his, quæ dixi, amplius diſſerunt diffuſæ eruditionis viri Roſweydus ad Paulinum pag. 795. & Cangius ad Paullum Silentiarium pag. 561. 562. 563. 564.

VI
Diſci Peruſini & veterum clypeorum cælaturæ.

DIſcus ſive *gabata Albana* verbis, primigeniam majorum noſtrorum religionem ſpirantibus, intra *orbiculum* inſculpta eſt. Eminentiori quoque cælatura, ſæculum Conſtantinianum referente, inſignis apparet. Dux enim capite nudo, imberbis, thorace & chlamyde indutus, ſine ſtapiis equo inſidens, quem freno regit, haſtam dextera, gladium ſiniſtra tenens, peditem galeatum & barbatum clypeo ſe protegentem inſultat. Pedes parazonium dextera in equitem ſtringit, humi totus ferme procumbens, conto ſeu mavis pilo in lævo crure transfoſſus. Fuit mos perantiquus rerum præclare geſtarum hiſtorias in orbiculatis clypeis & diſcis votivis cælare. Hanc rem erudite pertractat Tomaſinus de Donariis cap. XXII. & Franciſcus Junius de Pictura veterum libro II. cap. VIII. pag. 109. editionis Grævianæ: quibus addas velim Juſtum Rycquium in Commentario de Capitolio Romano cap. XV. Nec eſt omittendus Jacobus Sponius, qui in Diſquiſitionibus curioſis de Antiquitate pag. 1. & in Miſcellaneis ſect. IV. pag. 152. ab ſe illuſtratum

vul-

Digitized by Google

vulgavit Diſcum hujuſmodi argenteum, ex Rhodano a piſcatoribus eductum, Scipionis egregium facinus repræſentantem. Alium clypeum ex chalybe, Romam a Brenno captam, perque Camillum liberatam exhibentem, ex muſeo Woodwardiano deprompſit & Commentario explicavit Henricus Dodwellus. Clypei argentei pondo CXXXVIII. cum imagine Barcini Aſdrubalis meminit Livius libro XXV. cap. XXXIX. & *clypea inaurata in faſtigio Jovis ædis* poſita narrat libro XXXV. cap. X. & XLI. In libro I. Maccabæorum cap. XIV. v. 24. Simon quoque ſummus eorum ſacerdos ad Romanos miſit *clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille, ad ſtatuendam cum eis ſocietatem*. Hoc de *clypeis* argumentum paucis exhauſit V. C. Bonarotius in Obſervationibus ad Nummos Carpineos maximi moduli pag. 9. 10. 11. Ne autem a re Chriſtiana longius abire videar, memorandus in primis Beliſarii clypeus votivus ex ære, Witigem Gothorum Regem ab eo devictum & ſupplicem exhibens Romæ in muſeo Rolando. Ejus meminit Mabillonius in Itinere Italico pag. 79. §. III. Sed & locum indicabo Stephani Diaconi in Vita sancti Stephani junioris, qui ſub Conſtantino Copronymo ob cultum ſanctarum imaginum martyrium fecit. Eſt in *Analectis Græcis* monachorum sancti Mauri, quæ alias arbitrio typographorum adduntur tomis tribus Monumentorum Eccleſiæ Græcæ Johannis Baptiſtæ Cotelerii. Ibi pag. 480. reus peragitur epiſcopus Iconoclaſta, qui *sanctum* incorruptorum Dei myſteriorum *Diſcum* conculcaverat propterea quod venerandas Chriſti, ejuſque matris & præcurſoris expreſ-

CAP. VI

CAP. VII preſſas ferret imagines. Bibliothecarius pag. 204. Leonem III. in Baſilica Vaticana feciſſe ait *ſcuta argentea duo, ſcripta utroque ſymbolo, unum quidem literis Græcis, & aliud Latinis*. Et rurſus infra: *ſcutum ex argento puriſſimo, in quo orthodoxæ fidei ſymbola ſcribi fecit: quod penſat libras* XXX. *&* II. Huc referendi etiam *orbiculi*, de quibus apud eccleſiaſticos ſcriptores ſit mentio. Sed de his infra.

VII
Cædes Maxentii Tyranni in Diſco Peruſino expreſſa.

IN *Diſco Albano* victoriam de Maxentio Tyranno ad pontem Milvium Tiberi impoſitum, prodigioſo ſigno crucis Conſtantino Magno prænunciatam, unde libertas rei Chriſtianæ pependit, denotari autumo: quam Conſtantini de Maxentio victoriam majores noſtri omnibus monumentis teſtatam eſſe voluerunt; emblema diſco vel clypeo ſacræ menſæ offerendo maxime congruum. Neque alias boni illi Chriſtiani in domo Dei, eoque minus in veneranda ſacri miniſterii penu fictas ſeu veras profanarum rerum imagines ſpectari patiebantur. Certe in *Diſco* Maxentium e ripa in fluminis alveum mox ruiturum, vel potius antea demerſum, aut *præcipitatum* (quod ajunt excerpta Valeſiana) & equo lapſum, ex alveo evadere fruſtra conantem, videre mihi videor. Eques in ripa eminentiori, pedes in depreſſiori loco, cælati conſpiciuntur. Is nimirum in Tiberis ripa, hic intra Tiberim, locumque altum atque imum, in cælatura ipſa graphice repræſentatur. Auctor Panegyrici de Conſtantino cap. XVII. cladem eo adveniente hoſti illatam teſtatur. Locum adſcribam: *ad primum igitur* ADSPECTUM *ma-*

majeſtatis tuæ, primumque impetum totius tui victoris exercitus hoſtes territi, fugatique, & anguſtiis Mulvii pontis excluſi, exceptis latrocinii illius primis auctoribus, qui, deſperata venia, locum, quem pugnæ ſumſerant, texêre corporibus. Ceteri omnes in fluvium abiere præcipites, ut tandem aliquod cædis compendium feſſis tuorum dexteris eveniret, quum impios Tiberis hauſiſſet. Ipſum etiam Illum (Maxentium) *cum equo & armis inſignibus fruſtra conatum per abrupta ripæ ulterioris evadere, idem Tiberis correptum gurgite devoravit*. Ita vero Lactantius cap. xliv. de Mortibus perſecutorum: *multitudine fugientium preſſus* (Maxentius) *in Tiberim deturbatur*. Stirps quoque fluviorum accola penſiculate conſideranda, quam, proxime ſubjecto Tiberi indicando aptam, in *Diſco* ad equitis latus haud fruſtra ſurgentem adſpicimus. Cædes illa Tyranni illigatur A. D. 312. v. Kal. Novembres, ut viri docti ad Lactantium adnotaverunt. In Kalendario ævi Conſtantiniani eadem dies his verbis ſignatur: *evictio Tyranni*: quod primus olfecit Petrus Franciſcus Chiffletius in notis ad opuſculum iiI. Vigilii Tapſenſis pag. 130. Idem confirmat Henricus Noris Diſſert. iI. cap. iI. de Nummo Licinii, ubi aliorum errores caſtigat. Baluzius tamen ad Lactantium eodem cap. xliv. diem illum v. *Kalendas*, non ad eum, quo Maxentius periit, ſed ad poſterum, quo corpus in Tiberi ſubmerſum, ab urinatoribus repertum eſt, referri arbitratur. Sed non video, cur dies ipſe, quo Tyrannus extinctus & in fluvium præcipitatus, licet poſtero cadaver inventum, in Faſtos referri præ hoc non debuerit. Maxentium *in-*

Cap. VII

CAP. VIII *inſidiis, quas hoſti apud pontem Mulvium locaverat, in tranſgreſſu Tiberis interceptum* tradit Victor in Cæſaribus. Paucis rem totam complexus eſt vatum Chriſtianorum maximus in libro I. contra Symmachum v. 482.

Teſtis Chriſticolæ ducis ADVENTANTIS *ad Urbem*
Mulvius, exceptum Tiberina in ſtagna Tyrannum
Præcipitans, quanam VICTRICIA *viderit* ARMA
Majeſtate regi, quod ſignum dextera vindex
Prætulerit, quali radiarint ſtemmate pila.

Hinc gentilitas victa & religionis Chriſtianæ trophœa parta. In Arcu triumphali prope Amphitheatrum Flavium adhuc exſtante dicitur hæc victoria a Conſtantino Magno relata INSTINCTU DIVINITATIS. Scio, Johannem Harduinum a communi omnium ſenſu recedentem, Arcum illum ad Conſtantini de *Licinio* victoriam referre. Sed ſcio etiam, a V. C. nulla ratione id agi, & a nemine ſanæ mentis pleraſque illius ſententias probari: quod mitiſſime & publicæ tantum utilitatis cauſſa monitum volo. Maxentius *Tyranni* vocabulo in Arcu, ut in Kalendario, denotatur. *Tyrannorum* enim *propria nomina* in actis & operibus publicis non exprimebantur, & olim expreſſa, infamiæ nota delebantur. Ideo auctor Panegyrici Conſtantino dicti *Illum* appellat, proprii nominis honore haudquaquam dignatus.

VIII
Diſci Peruſini inſcriptio explicatur.

MEdii ævi inſcriptiones orbiculatim, ſive alias quomodocunque in gyrum diſpoſitæ, inde primum legi cœptæ, ubi *crucis* venerabile ſignum

ſignum infixum eſt. Probi illi majores noſtri ab hac redemtionis humanæ teſſera quæque ſua auſpicabantur. Res nuper a me pertractata in Commentario de ſancta Columba, Virgine ſacra Aquilejenſi, quæ Attilanis temporibus floruit. Quare orbiculata *gabatæ* inſcriptio, a *cruce* initio ducto, quæ capiti equitis imminet, ſic legenda eſt: CAP. VIII

† DE. DONIS. DEI. ET. DOMNI. PETRI. VTERE. FELIX. CVM. GAVDIO

Nihil plane ſanctius aut religioſius exprimi poteſt. *Diſcus* Deo ſacer eſt in honorem ſancti Petri Apoſtoli, utique in Baſilica Vaticana omnium principe munus oblatum, rei divinæ miniſtris utendum. Chriſtiani, modeſtiſſimum genus hominum, ob propriam tenuitatem ſe indignos putantes qui ſummo & præcelſo Domino ſuo ipſi per ſe appropinquarent, ad deprecatores ei caros, qui, illorum vota ipſi exhibentes, benigne audirentur, ex veterrima diſciplina confugere maluerunt. Præcipui deprecatores & amici Dei, *Maria Virgo*, principeſque Apoſtoli *Petrus* & *Paulus* ſemper habiti ſunt. Formula DE . DONIS . DEI primævæ pietatis memorem ſiſtit, peculiarem obſervationem expoſcens. Majores noſtri antique boni, ex regulæ Chriſtianæ præſcripto, de rebus ſuis partem aliquam Deo in ædibus ſacris holocauſtum offerentes, eam verbis & ſenſibus pia modeſtia cumulatis ita offerre conſueverunt, ut oblationem ipſam & munus, quod *offerſionem*, & *offertionem* etiam dictum legimus, extenuantes, nihil de ſuo ſe offerre declararent, ſed de his, quæ alias Dei eſſent, quæque eis cœlitum, qui-

CAP. VIII bus dabantur, deprecatione, Deus largitus fuiſſet. Res clarior fièt, ſi propius in veterum Chriſtianorum ſermonem digitum intenderimus. *Bona* hæc *temporalia*, quæ dicimus, ipſi ſpeciatim *dona Dei* appellabant. Sic appellat Gregorius Magnus in Regeſto libro XI. alias IX. epiſt. XXX. alias XXV. ad Venantium Syracuſanum. Sunt ejus verba: *quæcunque autem hujuſmodi* (vitæ præſentis) BONA *ſunt*, *cujus* DONA *ſunt*, *niſi conditoris*? *Sed libère nobis non debet* DONUM DEI, *quod per delectationem ſui ſeparat ab amore Dei*, *ne data danti præferamus*, *& dum* BONA *percipimus etiam mali*, *unde creſcere in ejus timore debuimus*, *inde a timore illius disjungamur*. Bona ergo præſentis vitæ, *dona Dei* ſunt, quorum partem ipſi reddimus, dum *oblationes*, & *munera* in ædibus Deo ſacris offerimus. Geminum porro Vaticanæ purpuræ lumen, Cæſar Baronius A. D. 523. §. VIII. & Bona in rebus liturgicis libro II. cap. VIII. §. V. aliquando inter *oblationes* & *munera* diſtinguendum ſcite monuerunt. Ceterum phraſis ipſa, *Donum Dei*, vere Apoſtolica eſt, qua beneficium quodcunque a Deo in nos collatum exprimitur apud Johannem Evangeliſtam cap. IV. 10. & Paulum ad Epheſios II. 8. Quid candidius & Chriſtianis convenientius? Rei locuples teſtimonium in *gabata Albana* exoſculamur. Hæc Deo quidem *munus* offertur, ſed tanquam Petro Apoſtolo deprecatore, ipſimet offerenti a Deo pridem cum ceteris ejus bonis conceſſa. DE. DONIS. DEI. ET DOMNI. PETRI, verba ſuaviſſima ſunt, & mira pietate cumulata, ac certe digna quæ in omnium mentibus inſculpantur, quandoquidem mores noſtri,

ſtri, ab illis perquam diverſi, diſciplinam tam ſanctam jamdudum antiquaverunt.

IX
Formula de donis Dei in Diſco expreſſa illuſtratur.

SEd & quædam alia admirandæ hujus formulæ exempla, olim obvia & paſſim communia, at poſtmodum, frigeſcente pietate, vix nota, literatis lapidibus (utinam cordibus!) inſita occurrunt. Lex commentarii poſtulat, ut ea recenſeamus. Agmen ducat inſcriptio Baſilicæ ſancti Pauli, altera inter collectas a Cornelio Margarino, quas Cardinalis Franciſcus Barberinus ſenior, propriis virtutibus inclytus, & alienis amicus, typorum luce donavit. Raphael Fabrettus eam cum ſuis pariter edidit pag. 728. num. 639. nihil tamen ad eam commentatus:

† DE. DONIS. DĪ. ET. BEATI. PAVLI. APOSTOLI. DOMETIVS. DIAC. ET
ARCARIVS. SCAE. SED. APOSTOL. ADQVE. PP̄. VNA. CVM. ANNA
DIAC. EIVS. GERMANA. HOC. VOTVM. BEATO. PAVLO. OBTVLERVT

Dometius diaconus, *Arcarius & theſauris Apoſtolicæ Sedis præpoſitus* (quod eccleſiaſticum munus occurrit apud Bibliothecarium in Agathone pag. 76. & in Conſtantino pag. 92.) una cum *Anna ſorore* & *diaconiſſa* DE. DONIS. DEI in ſe collatis partem beato Paullo Apoſtolo obtulit in conſtructione, ſuis ſumtibus facta, porticus ejus baſilicæ in via Oſtienſi, ubi in ſuperliminari primæ januæ ad lævam ſternitur lapis. Priuſquam ex hac *porticu* ad aliam procedo, *Romam novam* trajicio, quo me advocat Georgius Cedrenus. Is in Com-

CAP. IX pendio Hiſtoriarum tomo I. pag. 386. ante num. 157. editionis regiæ narrat, Juſtinianum Auguſtum *ſanctam menſam* fieri juſſiſſe, opus nulla imitatione æquandum, auro, argento, lignis etiam, & omnis generis pretioſis lapidibus conſtans. Hæc *menſa*, de qua Carolus Cangius ad Paulum Silentiarium pag. 567. in orbem hanc habuit inſcriptionem:

ΤΑ . ΣΑ . ΕΚ . ΤΩΝ . ΣΩΝ . ΣΟΙ . ΠΡΟΣΦΕΡΟ
ΜΕΝ . ΟΙ . ΔΟΥΛΟΙ . ΣΟΥ . ΧΡΙΣΤΕ
ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ . ΚΑΙ . ΘΕΟΔΩΡΑ
Α . ΕΥΜΕΝΩΣ . ΠΡΟΣΔΕΞΑΙ . ΥΙΕ
ΚΑΙ . ΛΟΓΕ . ΤΟΥ . ΘΕΟΥ . Ο . ΣΑΡ
ΚΩΘΕΙΣ . ΚΑΙ . ΣΤΑΥΡΩΘΕΙΣ
ΥΠΕΡ . ΗΜΩΝ . ΚΑΙ . ΗΜΑΣ . ΕΝ
ΤΗ . ΟΡΘΟΔΟΞΩ . ΠΙΣΤΕΙ
ΣΟΥ . ΔΙΑΤΗΡΗΣΟΝ . ΚΑΙ . ΤΗΝ
ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ . ΗΝ . ΗΜΙΝ . ΕΠΙΣΤΕ
ΥΣΑΣ . ΕΙΣ . ΤΗΝ . ΙΔΙΑΝ . ΣΟΥ
ΔΟΞΑΝ . ΑΥΞΗΣΟΝ . ΚΑΙ . ΦΥΛΑ
ΞΟΝ . ΠΡΕΣΒΕΙΑΙΣ . ΤΗΣ . ΑΓΙΑΣ
ΘΕΟΤΟΚΟΥ . ΚΑΙ . ΑΕΙ . ΠΑΡΘΕΝΟΥ
ΜΑΡΙΑΣ

Hæc latine ſic ſonant:

TUA . DE . TUIS . TIBI . OFFERIMUS *ſervi tui, Chriſte, Juſtinianus & Theodora. Ea tu propitius accipe, Fili Dei Verbum, qui noſtri cauſſa carnem adſumſiſti, & cruci affixus fuiſti: ac nos in recta tui fide conſerva: & quam nobis commiſiſti rempublicam, eam ad tuam gloriam auge ac tuere, intercedente sancta Deipara & ſemper Virgine Maria.* Quem verba tam dulcia non tangunt, non homo, ſed

lapis

lapis eſt. *Romam veterem* jam revertor, atque aliam *porticum*, de qua dixi, jam ſubeo. In celeberrima Diaconia ſanctæ Mariæ in Coſmedin, quam ejus Archipresbyter Johannes Marius Creſcimbenius accurata hiſtoria deſcripſit, proſtat vetus marmor, longam octo arcuum porticus cælatam imaginem referens, baſilicæ veſtibulo olim adnexum, oblongum magis, quam latum, ut de *exteriori* ædium ſacrarum *narthece* jam erudite obſervatum a Cangio in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. III. cap. XVIII. Opus ſacris donariis Hadrianus pontifex, ejus auctor, adnumeravit: quod de aquæductu dici non poſſet. Ei ſubeſt epigraphe, barbari ævi characteribus efformata, & initio nonnihil fracta, quam Hiſtoricus hariolo indigere arbitratur lib. III. cap. II. pag. 43. & 44. Eam exſtricatam, & paucis literis a me ſuppletam hic ſubjicio: CAP. IX

† *de don*IS . DI . ET . SCE . DI . GENETRICIS . MVN
us . DONI . ADRIANI . PAPE . EGO . GREGORIVS . NO*tarius*

Subſcriptio *Gregorii Notarii* me monet, ut toto hujus lapidis pondere elidam dubitationem viri perdocti Johannis Garnerii, qui in notis ad librum Diurnum Romanorum Pontificum pag. 115. binas literarum formulas propterea ad ſæculum IX. aut etiam X. rejicit, quod ſint a *Notario* ſubſcriptæ. Noſtra, quæ eſt ſæculi VIII. Garnerium ſatis refellit. Hadrianus ſua impenſa in honorem *Dei genetricis* longam porticum exſtruendam cura-

CAP. X ravit, *Gregorio* Apoſtolicæ Sedis *Notario* id literis conſignante. Rem tangit Bibliothecarius pag. 167. teſtatus, Hadrianum I. *Diaconiam sanctæ Dei genetricis, ſemperque Virginis Mariæ Scholæ Græcæ, quæ appellatur Coſmedin, dudum* BREVEM *in ædificiis exiſtentem, ſub ruinis poſitam* RESTAURAVISSE, porticu *longa* nimirum etiam adjecta. In hujuſmodi porticu, ſive ædis ſacræ propylæo, in porticus formam exſtructo, ex eccleſiæ diſciplina catechumeni & in ordinem publicæ pœnitentium redacti conſiſteba t. Vide Johannem Morinum in Commentario de Pœnitentia libro VI. cap. II. & III. eidemque junge Carolum Cangium, a me ſæpe laudatum, & ſæpius laudandum, in pereruditо Commentario ad Pauli Silentiarii Deſcriptionem ædis sanctæ Sophiæ pag. 534.

X

Munera per formulam *de donis Dei*, & *beatæ Mariæ Virginis*, Eccleſiis oblata.

EX Diaconia Coſmediniana no dum egredior, quin inſigne aliud, ampliſſimumque ſacræ oblationis & muneris monumentum, ibi ſervatum, adduco ex eodem Archipresbytero lib. II. cap. VI. pag. 62. Eſt oblatio DE. DONA (pro *de donis*) Beatæ Mariæ Virginis Diaconiæ facta plurium fundorum, in geminis marmoreis tabulis per duos principes viros inſcripta. Hi ſunt *Euſtathius dux*, & *Georgius germanus*, qui poſterior de more ſeculi VII. & VIII. ſemetipſum titulo maxime ſplendido *glorioſiſſimum* dicit. Primæ tabulæ exordium huc adfero:

HÆC

HAEC . TIBI . PRAECLARA . VIR
GO . CAELESTIS . REGINA . SCA . SV
PER . EXALTAT . ET . GLORIOSA . DO
MINA . MEA . DI . GENETRIX . MARIA
DE . TVA . TIBI . OFFERO . DONA . EGO
HVMILLIMVS . SERVVLVS . TVVS
EVSTATHIVS . IMMERITVS . DVX
QVEM . TIBI . DESERVIRE . ET . HVIC
SCAE . TVAE . DIAC . DISPENSATO
REM . EFFICI . IVSSISTI . TRADENS
DE . PROPRIIS . MEIS . FACVLTATI
BVS . IN . VSV . ISTIVS . SCAE . DIAC . PRO
SVSTENTATIONE . XPI . PAVPERVM
ET . OMNIVM . HIC . DESERVIENTI
VM . DIACONITARVM . OB . MEORVM
VENIAM . DELICTORVM . HAEC
INFERIVS . DESCRIPTA . LOCA . ID
&c.

Nomina fundorum mox ſubſequuntur, quæ cum reliquis in utraque tabula exaratis Creſcimbenius diligenter explanat. Johannes Mabillonius, cujus doctrina in antiquitatibus ſacris ſupra omnem laudem eſt, in Muſeo Italico to. 1. parte 1. pag. 15. §. XVIII. prolata hujus tituli parte, animadvertit, donationes baſilicis factas, ad valvas in lapidibus inſculpi conſueviſſe. Nonnullas hujuſmodi donationum marmoreas tabulas profert V. C. Franciſcus Blanchinus in præfatione ad librum Pontificalem a num. 48. Hoc idem infra a me ſemel atque iterum confirmabitur. Sed quædam in anteceſſum hic adnoto. Maximæ feminæ, & ſupra heroidas ve-

CAP. X veterum celebrandæ, Comitiſſæ Mathildis, Eccleſiæ Romanæ caſtrorum matris, donationem beato Petro factam, marmoreæ tabulæ conſignatam fuiſſe, alibi ſcripſi. Ante fores Patriarchalis Eccleſiæ Aquilejenſis in prægrandi ſaxo ethnici ſarcophagi literis implexis & pereuntibus cælata conſpicitur donatio *placiti Advocatiæ*, quam ineunte ſæculo XI. pro ſalute animæ ſuæ & Liucardæ uxoris fecit collegio Canonicorum Heinricus Dux Carinthiæ, Marquardi filius & frater Wodalrici I. Patriarchæ Aquilejenſis. Hoc & complura alia debemus peramico noſtro Johanni Dominico Bertolo, ejuſdem Baſilicæ Canonico, nobis hoc nomine juxta ac humanitate & bonarum artium cultu plurimi faciendo. Aliud donationis monumentum in lapide inſculptum ſubminiſtrat Chriſtophorus Browerus in Annalibus Trevirenſibus to. I. lib. XVII. pag. 205. In hortis Juſtinianeis ad Lateranum in cippo marmoreo hanc donationem legi:

DEO . AD . HO
NORE . BEATOR
AGNETIS . ET
ALEXANDRI . M
OBTVLIT . PRATV
MARCVS . ABBAS
HVIVS . SCE . PRAXE

Ex poſtremis verbis, HUJUS *eccleſiæ* SCE PRAXE*dis*, percipimus, olim ſacræ ædi marmor affixum. Floravantes Martinellus in Roma ſacra pag. 334.

ex

ex Bibliothecario pag. 219. templis Sanctorum obſoletis adnumerat Eccleſiam *sanctæ Agnetis in monaſterio*, olim intra fines cœnobii & Eccleſiæ sanctæ *Praxedis*, de qua mentio in cippo. *Sanctæ Praxe* pro *Praxedis*, uſurpatur a Rabano Mauro apud Browerum libro II. cap. x. pag. 142. Fuldenſium Antiquitatum. Ad fores Eccleſiarum poſitos etiam lapides, qui beneficii ab Epiſcopis in alios collati memoriam ſervarent, docet manumiſſio ad poſtes Eccleſiæ Aurelianenſis, quam edidit Mabillonius in Annalibus ordinis sancti Benedicti to. v. pag. 533. CAP. XI

XI Alia munera per formulam *de donis Dei* in eccleſiis oblata.

EX Diaconia Coſmediniana ad proximam sancti Nicolai in Carcere diverto, ubi donatio Anaſtaſii *Majorisdomus* in ſecunda columna dextrorſum ingredientibus legitur, quæ in XII. lineas diſtincta eſt. Ea ſic ſe habet cum nævis & verbis ex vulgi ore & latinitate deductis:

✝ DE DONIS DI ET
SCE DI GENETRICI MARIE
SCE ANNE SCS SIMEON ET SCE
LVCIE EGO ANASTASIVS MA
IORDOMV OFFERO BOBIS PRO NATA
LICIES BESTRE BINEA TABVLVM
RP IN PORTV SEV
BOBES PARIA II IVMENTA SV PECORA
XXX PORCI XX FVRMA DE RAME LIBRAS
XXVI LECTV SISTRATV N VTILITA
TE PBR SEV ALEO LECTO SITRA
TO AT MANSIONARIIS EQVI
SEQVENTIBVS

Digitized by Google

CAP. XI Infra hæc leguntur:

✝ IC REQVIESCIT IN ANTE

Totam inſcriptionem ſacris Cryptis Vaticanis inſeruit Franciſcus Maria Turrigius pag. 414. edit. II. Non tamen accurate. Nos eam dedimus ex archetypo. Hinc Modoetiam, Galliæ Ciſalpinæ *Corona ferrea* celeberrimum opidum, properamus. Iſtic enim in ſacrario Eccleſiæ principis exſtat codicis operculum ex auro cum cruce in utraque parte, addita hinc & inde inſcriptione ex Mabillonii Muſeo Italico pag. 213. in fine:

✝ EX DONIS DEI DEDIT
THEODELENDA REG
IN BASELECA QVAM
FVNDAVIT IN MODOECIA
IVXTA PALATIVM SVVM

Jam addo ſextum DE. DONIS. DEI ſingulare monumentum, ex Agnello in libro Pontificali Eccleſiæ Ravennatis Parte II. pag. 128. Eſt vermiculatum elogium in Tribuna Sacelli ſancti Matthæi Apoſtoli in Claſſe ad latus *Baptiſterii* Eccleſiæ Petrianæ, Agnello Archiepiſcopo factum, qui A. D. 566. ad plures migravit:

SAL-

Digitized by Google

† SALVO . DOMNO . PAPA . AGNELLO . DE . DONIS . DEI
ET . SERVORVM . EIVS . QVAE . OBTVLERVNT . AD
HONOREM . ET . ORNATVM . SANCTORVM
APOSTOLORVM . ET . RELIQVA . PARS . DE
SVMMA . CERVORVM . QVI . PERIERANT
ET . DEO . AVCTORE . INVENTI . SVNT
HAEC . ABSIDA . MVSIVO . EXORNATA . EST

De formula acclamationis *Salvo* in tranſcurſu innuo, eam a Chriſtianis æque ac Gentilibus uſurpatam. Hi Cæſaribus ſuis, illi etiam Pontificibus noſtris eadem plaudebant. Poſt Franciſcum Bernardinum Ferrarium libro VII. de *Acclamationibus* cap. XIV. vide Sponium in Miſcellaneis ſect. VIII. pag. 276. Janum Gruterum pag. CLXI. 5. & CCCLXXXVI. 7. Ad hæc Jacobum Sirmondum in notis ad Sidonium lib. VIII. epiſt. VII. Mabillonium in Muſeo Italico tomo II. pag. XXIII. Harduinum in Operibus ſelectis pag. 452. col. 2. in fine, & pag. 453. col. 1. cumque Agnello Parte II. pag. 77. utrumque Hieronymum, Rubeum, & Fabrum, illum in Hiſtoriis Ravennatibus lib. III. pag. 157. hunc in Commentario de rebus ſacris Ravennæ veteris pag. 254. Onuphrius Panvinius ante finem libri de præcipuis Urbis Romæ baſilicis hanc Siricii pontificis inſcriptionem adfert, SALVO . SIRICIO . EPISCOPO . ECCLESIAE . SANCTAE. In Cryptis Vaticanis Turrigii pag. 444. recitatur hoc carmen:

SALVO . PP. LEONE . AGNELLVS . PRESBYTER . ORNAT

Primum illud Agnellianum elogium, quod protuli, mancum & corruptum profert Rubeus lib. V. pag. 171. Sed aurem vellit Benedictus Bacchinus

D 2 pag.

CAP. XI pag. 132. ubi quid poſtrema verba DE. CERVIS. QUI PERIERANT, ſibi velint, ignorare ſe ait. Mox Ravennatis Eccleſiæ bona, poſt Arianos deletos recuperata, indicari comminiſcitur. *Cervi* illi, vere *Cervi* erant, argentei tamen, & aquam fundentes, cujuſmodi baptiſteriis ornandis fieri conſueverunt. Conſtantinus Magnus apud Bibliothecarium in Silveſtro pag. 19. obtulit in baptiſterio Lateranenſi CERVOS *ex argento ſeptem, fundentes aquam; qui penſant ſinguli libras* LXXX. Innocentius I. pag. 31. *ad ornatum baptiſmi obtulit* CERVUM *argenteum, fundentem aquam, penſantem libras* XXV. Sixtus III. pag. 35. *obtulit* CERVUM *argenteum, in* FONTE *fundentem aquam, penſantem libras* XXX. Hilarus pag. 39. *ad sanctum Johannem contra ſacrum* FONTEM *obtulit* CERVOS *argenteos tres, fundentes aquam, penſantes ſingulos libras* XXX. *Cervi* ergo, ad Baptiſterium Petrianum Ravennæ poſiti, teſte Agnelliana inſcriptione, *perierant*. Poſtmodum *inventi*, deque illorum *ſumma* & pretio *reliqua pars* abſidis & lacunaris muſivo opere ornata eſt. His *Cervis* alludebatur ad illud Pſalmi XLI. *quemadmodum deſiderat* CERVUS *ad* FONTES *aquarum*. Mirare veterum Chriſtianorum ſtudium in ornandis ditandiſque locis Deo ſacris. Ridebunt fortaſſe aliqui, priſcos mores tantopere a nobis laudari. At hi etiam templum Dei a Davide & Salomone auro & argento locupletatum ridebunt: cujus opes tamen laudantur libro III. Regum cap. VI. & libro II. Paralipomenon ſeu Chronicorum cap. II. III. & IV. David pro ſe & nobis rationem reddit lib. I. Paralipomenon cap. XXIX. *v.* I. *neque enim homini præparatur habitatio, ſed Deo*. Sacras ædes a veteribus Chriſtianis *domos Dei* appellatas, docebit Cangius in Gloſ-

Gloſſario. His facile comprimas Eraſmos, alioſque clancularios rerum Eccleſiæ ſanniones, in egenos melius (quaſi ipſi nimirum hoc agant) quam in *ſacra donaria* pecuniam collocari dictitantes. Subveniendum eſſe neceſſitati pauperum, quis neget? Sed anne ideo negligenda eſt *domus Dei*? Audiatur hoc loco diſertiſſimus ille ſæculi v. Maſſilienſis presbyter Salvianus in libro VI. de Gubernatione Dei §. 208. *humanis ſaltem cum Deo noſtro* RETRIBUTIONIBUS *agentes, quum ab eo* BONA *accepimus*, BONA REDDIMUS. *Ad* DOMOS *videlicet* DOMINICAS *ſtatim currimus, corpora humi ſternimus; mixtis cum fletu gaudiis ſupplicamus, inluſtramus* DONARIIS *ſacra limina, aras* MUNERIBUS *implemus*. CAP. XII

XII
Alia munera ſub eadem formula *de donis Dei* in eccleſiis oblata.

RAvenna Tiberiacum, Flaminiæ opidum, quod *Bagnacavallum* appellant, petere conſtitueram; ſed ordo rerum me adigit, ut prius in Venetiæ oras excurram, ubi formulis hactenus recitatis conſonum donarii exemplum unum & alterum, ævo Liutprandi Regis Langobardorum in marmore ſupereſt conſignatum. Prius in Valle Pulicella (quæ eſt parva regio agri Veronenſis) in duabus columnis, olim ciborium ædis ſancti Georgii, unde loco nomen eſt ad XII. ab urbe lapidem, ſuſtinentibus, & pridem ſub ara maxima, poſtea ſub laterali poſitis, viſum. Characteres, linearum ductus, & ſermo corruptus, in linguam vulgarem abiens, Liutprandi, in priori columna memorati, ſæculum illud octavum plane referunt. Prima inſcriptio fœde labefactata in Panvinii Antiquitatibus Veronenſibus proſtat lib. V. cap. XI. pag. 131. edit. II. inque Hiſtoria Veronenſi Ludovici Moſcardi lib. IV. pag. 70. Nos utramque ex ipſis archetypis jamdudum ab ami-

CAP. XII amico noſtro pereruditoOttolino Comite de Ottolinis fideliter ſumtam, literis tamen Romanis, non barbaris illis expreſſam hic damus cum ſuis mendis.

Columna I.	*Columna II.*
† IN N DNI IHV XPI DE DONIS	† VRSVS MAGESTER
SCI IVHANNES	CVM DISCEPOLIS
BAPTESTE EDI	SVIS IVVINTINO
FICATVS EST HANC	ET IVVIANO EDI
CIVORIVS SVB TEMPORE	FICAVET HANC
DOMNO NOSTRO	CIVORIVM
LIOPRANDO REGE	VERGONDVS
ET VB PATERNO	TEꝯDOAL
DOMNICO EPESCOPO	FOSCARI
ET COSTODES EIVS	
VV VIDALIANO ET	
TANCOL PRBRIS	
ET REFOL GASTALDIO	
GONDELME	
INDIGNVS DIACONNVS SCRIP	
SI	

Ciborium ſive *umbraculum*, quo tota ſacra menſa tegebatur, ædis præſtantiam denotat. Vide Cangium ad Silentiarium pag. *566. 568.* Alterum ſacri donarii Langobardicum titulum, huic priori æqualem, ſervat colonia Fori-Julii in æde olim ſancti Johannis Baptiſtæ, nunc ſancti Martini trans fluvium Natiſonem. Eſt altare, a Pemmone urbis Duce conſtrui cœptum, & a filio ejus Ratchiſio in Ducatu ſucceſſore, & poſtea Rege Langobardorum, abſolutum. Hoc viriculo expreſſum dignum putamus, quod alibi lectorum oculis ſubjiciatur. Nunc ejus in-

inſcriptionem, unica linea in quatuor altaris partes circumductam ſubjicio: CAP. XII

1 ✝DEMAXIMADONAXPIADCLARITSVBEIMKONCESSAPEMMONIVBIQVEDIRVTO

2 FORMARENTVRTEMPLANAMEIINTERRELIQVAS

3 SOLARIVMBEATIIOHANNISORNABITPENDOLAT&CVROPVLCHROALT

4 AREDITABITMARMORISCOLORERAT.CHISHIDEBOHOH


RIT

Tota inſcriptio latinobarbara & plane vulgaris ad hunc grammaticum ſenſum reducitur. ✝ *De maximis donis Chriſti claro & ſublimi conceſſis Pemmoni, ubique dirutum formaretur ut templum; nam ei inter reliqua ſolarium beati Johannis ornavit pendula cruce ex auro pulchro; altare ditavit marmoris colore Ratchis Hidebohobrit*. Alium lapidem longe vetuſtiorem, in platea Aquilejenſi olim exſtantem, peregregius Antonius Franciſcus Gorius, nuper editis Inſcriptionibus Florentinis de antiquitate præclare meritus, mihi ſuggeſſit ex codice Gregorii Redi Arretini, equeſtris ordinis viri, quem codicem, ut in eo legitur, VENECIIS. SCRIP. ET. PINX. XV. AVG MCCCCLXXIIII. ALEX. ST. . . . Lapis autem hic eſt:

MALCHUS ET EVFEMIA
CVM SVIS DE DONIS DEI
VOTVM SOLVINT ſic

Jam

Cap. XII Jam Tiberiacum revertor. Iſtic extra pomœrium in æde *Plebis*, alias *sancti Petri in Silvis*, exſtat lapis in pavimento, epigrammate inſignis, quod Rubeus lib. V. pag. 240. & Faber pag. 455. mendoſum addu- cunt. Nos ex ipſo lapide accuratius expreſſum beneficio clariſſimi & amiciſſimi viri Petri Canneti Abbatis ex Congregatione monachorum Camaldulenſium, æri inciſum proferimus. Eſt arcus, olim ſupra unam ex duabus portis lateralibus ejuſdem *Plebis*, longus pedes IV. altus pedes II.



Ex nota chronologica emergit A. D. 857. Ravennate Archiepiſcopo Deuſdedit ſuperſtite. Hinc regrediens, Faliſcos Romam verſus interim advolo. Sic enim *Civitatem Caſtellanam* dictam patefecimus in Antiquitatibus Hortæ Coloniæ Etruſcorum libro I. cap. IV. Ibi ſub porticu ſive atrio ſacræ ædis epiſcopalis prope fontem baptiſmi exſtat

ſtat literatus lapis, donarii plurium fundorum memoriam continens, beatæ Dei genitrici a Leone antiſtite facti, DE. DONA (pro *de donis*) ejuſdem Virginis. Totam inſcriptionem recito, quum nondum edita fuerit. Eam ob nexum ac formam literarum, verborumque plurium novitatem haud omnino facilem lectu, accurate deſcripſit A. D. 1688. mecumque humaniſſime communicavit clariſſimus Senator Bonarotius. CAP. XII

† BEATA. DI. GENETRIX. SEMP. VIRGO. MARIA
DE. TVA. TIVI. DONA. LEO. INDIGNVS. EPC. TE
LARGIENTE. REPARAVIT. ET. SI. QVIS. EX. SVCCESSO
RIB. NOSTRIS. QVI. POS. NOS. BENTVRI. SVNT. EPCOPI. ET
EX. EA. QVOD. HIC. SCRIPTA. SVNT. ALIENARE. VOLVERIT. ANATHEMA
SIT. ET. DE. TRIBVNIB. VEL. COMITIB. CLERO. AVT. POPVLO
QVI. CONSENSERIT. ANATHEMA. SIT. A. DCCCLXXI
FVND. CASSIANVM. IN. INTEGRVM
FVND. STAILIANVM. IN. INTEGRVM
FVND. MACCLINIONE. VT. SIT. SEMP. IN. SCM. GRATILIAM
CLVSVRA. POMATA. IN. TAMPIANA. SVB. BALNEVM
CVM. MOLA. ET. ORTVM. QP. AD. FVNTES. OMNIA. IN. INTEGR
OLIVITV. IN. FVND. AGELLV. NVCITV. QP. IN. FALARI
FVND. TERRANI. VNCIAS. OCTO
FVND. TIBILLIANV. VNC. OCTO. FVND. MARTA. VNC. OCTO
FVND. AGELLV. IN. INTEGR. FVND. MITILIANV. IN. INTEGR
DOMVCELLA. QP. ANTE. SCM. CLEMENTE. CVM. ORTVA. SVA. ET. DOMV
CELLA. CVM. ORTVA. ET. CVRTE. VBI. MANET. TALARICVS. PRB. VT. SIT. SEMP
AMBAS. DE. MANSIONARII. FVND. BASSANI. VNCIAS. III

Hujus marmoris ductu illuſtrari poterit res geographica illarum partium Civitatis Caſtellanæ: quod aliis præſtandum relinquo. *Leo Epiſcopus*, nuſquam alibi memoratus, oblationem ſuam fecit anno DCCCLXXI. quæ notæ in lapide, ante in-

 di-

CAP. XII diculum prædiorum inſculptæ, deſignant vulgarem annum Dionyſianum 871. Ex Flaminia & Faliſcis Romam regreſſi, perinſignem Gregorii II. Pont. Max. donationis tabulam, *Principibus Apoſtolorum* factæ, poſtremo loco ſervatam, proferamus, quia penitiorem formulæ Chriſtianæ DE DONIS DEI, a me hactenus commendatæ, ſententiam, quaſi luculento & undequaque abſoluto commentario, nobis explanat. *Tiberius Alfaranus*, qui Sixto V. Pontifice opus, nondum editum, ſcripſit de *Antiquitate & præſtantia Baſilicæ Vaticanæ*, teſtatur Gregorianum iſtud donarium (cum aliis fortaſſe) in *ſeptem* lapideis tabulis exaratum, pro foribus ſancti Petri, de more, ſtetiſſe: quarum tamen *duæ* tantum ævo Alfarani ſupererant. *Unicam*, quæ nunc ſupereſt, ad archetypi formam expreſſit Johannes Baptiſta Donius in libro pereleganti de Reſtituenda ſalubritate agri Romani pag. 64. Baronius ejus laciniam in magnos Annales invexit, ratus A. D. 604. §. XV. illud Gregorio I. adſcribendum: quod ab aliis poſt Baronium pariter creditum. Sed apud Petrum Mallium in Deſcriptione Baſilicæ Vaticanæ, quam ſub nomine *Romani Canonici* Paulus de Angelis primus vulgavit, donarii tabulæ proſtant ferme totæ pag. 81. cum charactere chronologico in fine, qui nos monet, ne rem veram falſa annorum computatione decoloremus: *Datum Idibus Novembris imperante piiſſimo Leone*. Eſt *Leo Iſauricus*, fœda perſecutione in ſacras imagines excitata, poſtea infamis, cujus Imperii annus *primus* incidit in A. D. 717. Gregorio II. annum *tertium* pontificatus agente. Janningus tomo VII. Junii Bollandia-

diani pag. 43. ſuæ Mallii editioni ex Angelo totum diploma Gregorianum inſeruit: quod Angeli tamen eſt auctarium, non Mallii contextus. CAP. XIII

XIII
Gregorii II. Pont. Max. donatio Petro & Paulo Apoſtolis facta.

AD rem noſtram quod attinet, tabularum initium, quibus Pontifex multa oliveta ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo *pro concinnatione luminariorum* largitur, tale eſt, ſervata ſcribendi ratione, quæ in ipſo lapide exſtat:

✠ DOMINIS SCS *ac beatiſs. Petro & Paulo Apoſtolorum principibus Gregorius indignus ſervus.*

Quotiens laudi veſtræ USIBUS *ſervitura quedam, licet parba, conquitimus,* VESTRA VOBIS REDDIMUS, NON NOSTRA LARGIMUR, *ut hæc agentes* NON SIMUS ELATI *de* MUNERE, *ſed de ſolutione ſecuri. Nam quid unquam* SINE VOBIS NOSTRUM *eſt? Qui* NON *poſſumus* ACCEPTA REDDERE, *niſi quia per vos* ITERUM *& ipſum hoc, ut* REDDEREMUS, ACCEPIMUS? *Unde ego veſter ſervus reducens ad animum, multum me vobis beati Apoſtoli, Petre & Paule, eſſe devitorem, propter quod ab uveribus matris meæ, divinæ potentiæ gratia protegente, intro gremium Eccleſiæ veſtræ aluiſtis & ad incrementum per ſingulos gradus uſque ad ſummum apicem ſacerdotii, licet immeritum, producere eſtis dignati, ideoque hoc privilegii* MUNUSCULUM *humili interim offerre devotione prævidi. Statuo enim &c.* Devenreor tam pios grati animi ſenſus erga Apoſtolos Petrum & Paulum, a quibus, veluti curatoribus & *dominis* ſuis, Gregorius ſe *nutritum*, evectumque ad

 ſum-

 ſummum Eccleſiæ faſtigium agnoſcit. In libro Pontificali ſcriptor æqualis de Gregorio II. ait: *hic a parva ætate in patriarchio nutritus*. Ceterum Pontifices maximi Petrum *nutritorem*, nempe herum & curatorem ſuum, ſæpe dixerunt in libro Anaſtaſiano pag. 176. 188. 193. 208. 210. 263. 277. Immo Hadrianus I. in epiſt. LXXVIII. codicis Carolini pag. 156. editionis Lambecii beatum Petrum Caroli Magni *nutritorem* appellat.

XIV

Petrus Apoſtolus non *ſancti*, ſed *domni* vocabulo ornatus in *Diſco*.

EX hoc Gregoriano decreto conſtare jam puto quid lateat in formula DE DONIS DEI, qua nihil genio ſinceræ pietatis magis appoſitum, & vanæ gloriæ, tumidæque jactantiæ contrarium effingi poteſt. Conſtat etiam, cur in *Diſco Albano* ſanctus Petrus *Domni* vocabulo ornetur, in teſtimonium ſcilicet pietatis & reverentiæ. Quanto enim cordis affectu anathematis auctor, qui ſuum nomen modeſtiæ cauſſa reticuit, Petrum Apoſtolum obſervaret, vel hinc diſcimus, quando illum, ut vere ſuum, ſuarumque rerum *Domnum* & *Dominum*, quod perinde eſt, compellavit. Donantis enim verba ſunt, non *Diſci*, ſecus ac in Inſcriptione Sigea, omnium veterrima, quam Edmundus Chiſhullus peregregio Commentario nobilitatam typographicis operis commiſit Londini A. D. 1721. ubi ſaxum ipſum loquitur: cujus rei alia exempla non deſunt, longe tamen recentiora. Ne inferiori ætate ortum & in blanditias flexum *domni* vocabulum putes cum Barthio in Adverſariis libro XXIX. cap. XIX. pag. 1393. audi Commodianum, Cypriano epiſcopo & martyri æqualem, ut Henricus Dodwellus


Digitized by Google

lus primus detexit. Is enim ſtilo quidem ruſticus, ſed pietate egregius, Inſtructione LIX. Chriſtianam feminam his verbis alloquitur: CAP. XIV.

Matronas, vis eſſe, Chriſtiana, ut ſæculi DOMNAS,
Auro te circumdas, aut ſerica veſte, pudica.

Vocum *Domni* & *Domnæ* eadem eſt notio. Exſtat enim apud Sertorium Urſatum in Marmoribus eruditis to. I. pag. 4. vetus inſcriptio, pridem ab eo in Monumentis Patavinis etiam prolata pag. 133. ubi legitur GENIO. DOMNOR. CERERI *&c.* Utriuſque vocis originem ſcrutatur Ezechiel Spanhemius in magni operis tomo II. pag. 294. ubi *Domnam* proprium *cognomen*, & quidem Syriacum in *Julia* Auguſta Septimii Severi uxore, dignitatis autem *titulum* apud noſtros, eſſe animadvertit. *Titulus* eſt ſimiliter apud Commodianum, omnium, quos viri docti obſervaverint, antiquiſſimus; ſi tamen lapidem Patavinum forſan exceperis. De his, ubi vacat, conſule Tanaquillum Fabrum in notis ad Phædrum lib. II. Fab. V. ſed & Andream Schottum lib. II. Obſervationum cap. XIX. Quæ ſunt veterum Chriſtianorum, ea ſummam religionem, animique candorem & ſimplicitatem nobis maxime ſuſpiciendam, ubique ſpirant. Formulam, alias frequentem in ore clientum, & favorem captantium, illuſtravit Chriſtophorus Browerus, cui ſacra antiquitas plurimum debet, in notis ad Venantii Fortunati opera libro III. pag. 50. edit. II. Sed in Cangii Gloſſario *sanctos* paſſim *dominos*, & *domnos* etiam, per ſyncopem, apice uno ex *domini* voce detrito, ho-

CAP. XIV honoris cauſſa appellatos, uberrime notatum reperies. Ad hæc Latinorum perinde ac Græcorum exempla congeſſit vir eximie doctus Hugo Menardus in notis ad Concordiam Regularum sancti Benedicti Anianenſis cap. LXX. pag. 1022. Immo Apoſtoli Petrus & Paulus non tantum *Domini*, ut in tabula donationis Gregorii II. ſed etiam *Romani Principes* dicti, ut in nummo noſtro, quem damus:



Auctor Panegyrici, Berengario Auguſto dicti, Petrum Apoſtolum eodem ſenſu *magiſtrum* dixit, ſcilicet *dominum* more Gallico, potius quam *doctorem*, ut Hadriano Valeſio interpreti viſum. Summum enim pontificem Johannem x. nomine Romanorum ſic affatur:


ades præſul? Toties quid gaudia differs
Innumeris optata modis? Per vincla MAGISTRI
Te petimus, depone moras, & ſuffice votis.

Viris doctis, qui Adnotationes in Johannis Boccatii Decameronem concinnaverunt, hoc idem apud antiquos ſcriptores Italicos alibi jam obſervatum pag. 79. Prænomen *sancti* Petro non datur in *Diſco*. Hoc ejus antiquitatem oſtendit. Johannes

hannes Baptiſta Sollerius in pereruditа præfatione ad Martyrologium Uſuardi Artic. IV. §. 133. pag. XXXVI. quanto rarius *sancti* vel *beati* prænomen adponitur, tanto antiquiores eſſe Martyrologiorum codices monuit. Certe ſummis pontificibus martyrio coronatis nunquam adponitur in Calendario Romano ſæculi IV. ab Ægidio Bucherio primum, & ab aliis poſtmodum edito. Quanquam ex ſignis etiam tituliſque fictilibus per Bonarotium in primis, alioſque publici juris factis res per ſe patet; novo tamen id argumento lectorum oculis adhuc ſubjicio. Eſt ſaxea tabula ſepulcralis *Aſelli*, Chriſtiani adoleſcentis, digniſſima quidem certe quæ in hierothecam Albanam inferretur. Eam enim ex cœmeterio Hippolyti ad viam Tiburtinam in agro Verano paucis ab hinc annis ad ſe perlatam, M. Antonius Anſidæus Damiatæ Archiepiſcopus, inter ſacræ aulæ prælatos viros maxime illuſtris, utque juris divini & humani ſcientia clarus, ita eccleſiaſticæ juxta ac profanæ antiquitatis ſtudioſus, quem honoris cauſſa nomino, gratum munus dedit recolendæ memoriæ Clementi XI. Pont. Max. mecumque genuinum ectypon graphice expreſſum perofficioſe communicavit: quod eo libentius in æs incidendum curavi, quod alias nuper editum, ſed fœde corruptum, inſigne monumentum priſtino ſuo nitori hoc pacto reſtituam. Lapis eſt longus pedes IV. altus unum. CAP. XIV

De-

Digitized by Google



Ex musco Albano

Demum ſæculo v. prænomen *Sancti* uſurpari cœpit, ex Bonarotio in Obſervationibus ſacris pag. 83. plerumque tamen his literis contractum SCS in recto. In Roma ſubterranea Pauli Aringhii libro IV. cap. XXV. exſtat lapis, in quo legitur SCI MARCI. Thomas Reineſius Claſſe XX. §. I. nullo certo argumento eum trahit ad A. D. 414. Eſt in Titulo Agnetis via Nomentana ſub baſi ſecundæ columnæ in dextero ordine. Supra vocem SCI ſerpit lineola, quam Aringhius, & ex eo Reineſius prætererunt. In ultimo verſu pro MENSE, errore quadratarii legitur MENSESE. Vocem SCS eodem modo contractam pariter legas in notis Magnonis & Petri Diaconi poſt Valerium Probum inter Grammaticos veteres Eliæ Putſchii pag. 1575. & 1681. In teſſellatis etiam picturis ab Johanne Ciampino congeſtis tomo II. Veterum monimentorum, inque epigrammatibus hoc ipſo no-

noſtro Commentario prolatis. In nummis quoque ævi Carolini, a Paulo Petavio, Blanco, & Vignolio publicæ luci expoſitis. Item in Anglosaxonicis & Anglodanicis, quos Andreas Fountaine ſubjecit tomo II. Theſauri veterum linguarum Septentrionalium Georgii Hickeſii pag. 181. quibus adde prolatos a Johanne Spelmanno in tabula III. cum Vita Ælfredi Magni Anglorum Regis. Denique poſt ſæculum XI. prænomen *Sancti* unica litera S indicari cœptum. Adi Claudium Molinetum in Muſeo ſanctæ Genovefæ pag. 145. num. VIII. & XXI. Hinc videat quomodo ſibi conſulere poſſit qui ex hoc uno elemento, ſuperioribus ſæculis alicubi expreſſo, nec nominibus propriis tamen adpoſito, ſibi *Sanctum* poſſe exſculpere putavit. Argentei Venetorum denarii veteres apud me ſunt, in quibus *Sanctus Marcus* eorum patronus literis compendiariis S. M. denotatur. Iiſdem literis in nummo Rogerii Siciliæ Ducis *Sancta Maria* deſignatur apud Cæſarem Antonium Vergaram, qui pridem in lucem edidit Nummos Regum Siciliæ, & *terræ citra Pharum*, quam vulgo *regnum Neapolitanum* dicunt: qui tamen nummi omnes poſt ſæculum XI. cuſi. Horum ductu perplura carminum lemmata corrigas apud Venantium Fortunatum, alioſque. Ut res ipſa intuentibus pateat, lectorum oculis ſubjiciam nummos Pontificum Romanorum, ſæculis IX. & X. percuſſos, atque aliam ob cauſſam a me antea vulgatos, in quibus vox *Sanctus* eo modo, quem dixi, contracta ſpectatur, literis tamen SCS ob anguſtiam circuli curve expreſſis, nec lineola extenſa præterquam in III. & IX. contectis.


CAP. XIV

F

CAP. XIV.

A. D.
816.

I
Stephanus IV.




Gyrus ✣ SANCTUS . PAULUS — ✣ SANCTUS . PETRUS

Monogramma STEPHANUS — ROMA

858.

II
Nicolaus I.




✣ SANCTUS . PETRUS — ✣ ROMA

NICOLAUS . PAPA

872.

III
Johannes VIII.



✣ ROMA — SANCTUS . PETRUS

JOHANNES


Digitized by Google

CAP. XIV

A. D. 885.

IV

Stephanus V.



✠ SANCTUS . PETRUS
STEPHANUS


✠ SANCTUS . PAULUS
ROMA

Gyrui Monogramma

900.

V

Benedictus IV.




✠ SANCTUS . PETRUS
BENEDICTUS

✠ SANCTUS . PAULUS
ROMA

911.

VI

Anaſtaſius III.




✠ ROMA
ANASTASIUS

SANCTUS . PETRUS

CAP. XIV.

A. D. 946.

VII
Agapitus II.




Gyrus Monogramma

✠ AGAPITUS . PAPA ✠ SANCTUS . PETRUS ALBERICUS

956.


VIII
Johannes XII.



✠ DOMNUS . JOHANNES PAPA ✠ SANCTUS . PETRUS ROMA

963.

IX
Leo VIII.



DOMNO . LEO NI . PAPÆ SANCTUS . PETRUS

CAP. XV. A. D. 964.

X

Benedictus V.



BENEDICTUS ✠ SANCTUS . PETRUS ROMA

Gyrus Monogramma

XV Formula de *Donis Dei* a ſummis pontificibus uſurpata.

AT omnibus teſtimoniis ea præferre maxime decet, quæ ſummorum Pontificum ſunt. Quare Gregorianæ formulæ quaſdam alias, ex ſucceſſorum ſtilo petitas, adjungam. Primo loco epiſtolæ exemplum ex libro Diurno Romanorum Pontificum prodeat, quæ eſt donatio ſervi, his plane verbis compoſita pag. 114. tit. XVIII. *Credimus, ad augmentum & laudem ſanctæ Eccleſiæ pertinere, ſi* EX DONIS BEATI PETRI *Apoſtolorum principis, cujus, licet impares meritis, vices tamen, Dei dignatione gerimus, ejus utilitatibus fidelia exhibentibus ſervitia, aliquid largiamur. Non enim reſpicit ad diſpendium, quod eis irrogatur, dum largitatis Apoſtolicæ munificentia invitantur majori ſtudio atque alacritate in commiſſis invigilare miniſteriis, & ſolerti cura erga creditas utilitates impendere devota mente certamina. Igitur tuis &c.* Hactenus in libro Diurno, quem Garnerius ad Gregorii II. Pont. Max. ævum pertinere arbitratur. Gregorio II. Sergium III. ſubnecto. Indiculus eorum, quæ reparavit in baſilica Latera-

ra-

Digitized by Google

CAP. XVI ranenſi, exſtat in Appendice Johannis Diaconi ad Ordinem Romanum to. II. Muſei Italici pag. 575. Ibi hæc leguntur: *poſtquam in honore tui nominis, mundi Salvator, & commemoratione tui, ſancte Johannes Baptiſta*, DE TUIS DONIS *per multa certamina & labores præfatus Sergius* III. *Papa hanc baſilicam in ruinis poſitam, a fundamentis conſtruxit, cum omnia ornamenta aurea & argentea atque ænea ex ea ablata fuiſſent ab invaſoribus, reparare, &* OFFERRE *tibi alia cum devoto animo ſtuduit*. Ea ſtatim recenſet, interque hæc *gavatas de argento* XXV. Sergii III. Indiculum ſubſequatur vetus auctor, *Magiſter* inſcriptus, in Regula, quæ cura & ſtudio Lucæ Holſtenii officinam typographicam ſubiit. De eo, qui familiæ monaſticæ nomen dederit, hæc profert cap. LXXXIX. *ſi cum rebus ſuis introierit, tunc ille Brevis, vel Donatio rerum ſuarum, Deo vel monaſterio facta, ipſius donatoris manu ſuper altare ponatur, dicente ipſo fratre: ecce, Domine, cum anima mea & paupertate mea quidquid mihi* DONASTI, *tibi* RECONSIGNO & OFFERO.

XVI
Formula de *Donis Dei* eſt mere liturgica.

FOrmula DE . DONIS . DEI . ET . BEATI . PETRI me ad alia properantem, iterum ſiſtit. Eſt enim mere liturgica. Conſtat, in *ſancta menſa*, convivio Dominico parata, quam Tertullianus in fine libri de Oratione *Aram Dei* appellavit, *dona* & *oblationes* per illos, qui Miſſæ ſacrificio intererant, fieri conſueviſſe, ex quibus panis & vini pars in Chriſti corpus & ſanguinem verbis a ſacerdote prolatis converteretur. Hinc antiquiſſimi libri liturgici in Canone actionis ſtatim poſt

poſt conſecrationem nobis ſervarunt hæc verba, veterrimam formulam, caſtæque religionis pleniſſimam, exhibentia: *offerimus majeſtati tuæ* DE TUIS . DONIS . AC . DATIS: *hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia illibata*: quæ verba ad unum omnia in noſtra quoque liturgia recitamus & recitarunt majores noſtri. Confer aureum Gelaſianum Codicem ſacramentorum Romanæ Eccleſiæ libro III. pag. 197. cujus editionem debemus Venerabili viro Joſepho Mariæ Thomaſio S. R. E. Tituli Equitii presbytero Cardinali, ob antiquam pietatem, penitioremque rerum eccleſiaſticarum ſcientiam ſummis laudibus prædicando, cujus inclyto nomini doctorum & proborum chorus aſſurgit univerſus, mihique illud identidem repetere jucundiſſimum eſt, plures annos ſtricta tanti viri neceſſitudine uſo. Pro Gelaſiano Codice, ſi opus eſt, vadimonium ſiſtit Sacramentarium Gregorianum apud Jacobum Pamelium to. II. Liturgicorum pag. 181. cumque eo Liturgia Gallicana a Mabillonio illuſtrata libro III. pag. 328. In Liturgia ſancti Marci cura Guillelmi Cardinalis Sirleti ex veterrimo codice Roſſanenſi eruta & Pariſienſibus typis expreſſa A. D. 1583. hæc verba exhibentur pag. 48. *quæ* TUA *ſunt*, DE TUIS *bonis hæc propoſuimus coram te*. Eadem ferme ſuperſunt in ſancti Baſilii utraque Miſſa, Græcorum in Euchologio Jacobi Goari pag. 168. & Coptitarum apud Euſebium Renaudotium in Liturgiis Orientalibus tomo I. pag. 15. & 68. in quibus hæc proſtant: TUA . EX . TUIS, *tibi offerimus*: vel *offerimus tibi hæc* DONA . EX . BONIS . TUIS, quod perinde eſt. Nec tacendus contextus Arabicus CAP. XVI

la-

Digitized by Google

CAP. XVI latine factus a Victorio Scialachio Maronita e Libano, apud quem pag. 19. editionis Auguſtanæ hæc habentur: *offerimus tibi has* TUAS OBLATIONES *ex eo, quod* TUUM *eſt*. Gregorius Nazianzenus item Arabicus, eodem interprete, ita habet: *offerimus tibi hæc* SACRIFICIA TUA *ex iis, quæ* TUA *ſunt*. Conſonat Johannes Chryſoſtomus, cujus Miſſa apud Goarum pag. 77. hæc præfert: TUA *ex* TUIS *tibi offerimus*. Eandem formulam habes in Miſſis Nazianzeni & Marci Evangeliſtæ apud Renaudotium to. I. pag. 105. & 157. His planum redditur, formulæ diſciplinam Occidentalibus æque ac Orientalibus omnino unam & communem fuiſſe. Ex latinis eam declarat Venerabilis Hildebertus Cenomanenſis antiſtes in verſibus de Myſterio miſſæ, operum pag. 1145. Eſt locus, qui præteriri non debet:

DE DONIS, PROPRIIS*que* DATIS, *tibi munera pura,*
Munera ſancta, ſed & immaculata, damus:
DONA *quidem, nobis Domino data, nam quod in eſcam*
DONAT, *nos ipſi*, SACRIFICANDO DAMUS.

Dona ſunt quæ a Deo accepimus, *data* ſunt, quæ nos de ejus *donis* eidem offerimus. Literales in rebus liturgicis explicationes myſticis ſunt præferendæ: quod in Elogio hiſtorico ſummi viri Cardinalis Thomaſii alibi dictum. Ab Onuphrio Panvinio in Explicatione myſteriorum Miſſæ in MS. codice Vaticano 4973. fol. 183. 2. locus ſic illuſtratur: HÆC DONA. *Ante conſecrationem plura ſunt; poſt conſecrationem unum & idem. Non enim aliud ſub illa panis & vini ſpecie: ne-*

neque aliud ſub ſpecie panis, aliud ſub ſpecie vini; ſed idem penitus ſub utralibet continetur. Hæc autem verborum inculcatio ad affectus vim inculcandam pertinet. Vocantur autem quæ ad altare offeruntur & DONA *&* MUNERA. *Paulus ad Ebræos* V. I. *de pontifice loquens: ut offerat, inquit,* DONA *&* SACRIFICIA *pro peccatis. Chriſtus ipſe in Evangelio Matthæi* V. 24. *ſi offers* MUNUS *tuum ad altare. Et in Geneſi* IV. 23. *reſpexit Dominus ad Abel & ad* MUNERA *ejus*. Hæc Panvinius. De crucis ſignis, quæ a ſacerdote ſuper iiſdem *donis* ac *datis*, in Chriſti corpus & ſanguinem verſis, fiunt, conſulendus Claudius de Vert in Explicatione Cæremoniarum Eccleſiæ to. I. cap. III. pag. 187. & 190. edit. II. Hildeberti pura & ſimplex interpretatio me retrahit, ne in ejus operum albo cenſeri poſſe arbitrer *Expoſitionem Miſſæ*, quam ex conjectura eidem adſcripſit auctor poſtremæ editionis Antonius Beaugendre. Scriptor enim opuſculi totus eſt in myſticis originibus congerendis, ab ingenio Hildeberti alienis, etiam pag. 1122. ubi locum ſuperius adductum aliter ac genuinus Hildebertus explicare conatur. Hactenus dicta mirifice illuſtrabuntur, ſi ex libro Pontificali pulcherrimum locum adduxero, dignum certe qui huc adducatur. Eſt in Leone III. pag. 212. ubi egregia, ab eodem pontifice in Baſilicam Ravennatem ſancti Apollinaris collata beneficia, recenſentur: *ſuper altare vero ipſius ſacræ baſilicæ ob honorem omnipotentis Dei, & beati Petri Apoſtoli,* DE HUJUS DONIS *ac* DATIS *fecit veſtem ſericam roſatam habentem in medio crucem de chryſoclavo cum orbiculis.* Verba indicant, Leonem non de


CAP. XVI

CAP. XVII ſuo, ſed de *oblationibus* & eleemoſynis, Vaticanæ principis Apoſtolorum baſilicæ per Chriſtianos *datis*, ea, quæ præmittuntur, in æde ſancti Apollinaris fieri juſſiſſe. *Dandi* formula habet hic ſuam venerem. Ex veterum latinitate manavit, apud quos res votivæ *Deo dari* dicebantur. Poſt Gruterum pag. IV. 12. unum & alterum exemplum profert Tomaſinus in opere de Donariis cap. I. in fine. Formulam *de donis Dei* a piis Chriſtianis uſque ad ſæculum XII. cuſtoditam nuper didicimus ex Johannis Friderici Schannati Vindemiis literariis pag. 65. §. XXII. ubi in donatione cœnobio ſancti Stephani Herbipolenſis facta A. D. 1107. hæc offendimus: *Ego Egiſpertus & uxor mea Mathildis modicam pridem* OBLATIONEM DE DONIS DOMINI *ad altare ſancti Petri Apoſtoli retulimus*.

XVII
Orbiculi votivi, *thoraces* etiam dicti, alias *clypei*.

ORbiculorum mentio in fine capitis VI. injecta me monet, ut fidem liberem, quam oppigneraveram, de iis infra me acturum pollicitus. Erant *orbiculi* ſcuta rotunda, ſeu mavis *clypei*, quibus ſacræ imagines atque hiſtoriæ continebantur. Nicolaus Alemannus in Diſſertatione de Parietinis Lateranenſibus cap. IX. pag. 68. lapidem anaglyphum dedit ex Ticinenſi baſilica ſancti Michaelis, ubi Chriſtus Dominus in *orbiculo* exſtat medius inter ſanctos Apoſtolos Petrum & Paulum. Titulus ſancti Petri ad Vincula marmoream tabulam ſervat cum epigraphe inſigni, a viris doctiſſimis memorata. Eam adducunt purpurati viri Baronius A. D. 531. §. VIII. & Noriſius in Hiſtoria Pelagiana lib. II. cap. XXIII. in fine, non tamen

men per omnia accurate deſcriptam. Adduxit etiam Holſtenius in notis ad Collectionem Romanam, & ex eo Petrus Relandus in Faſtis pag. 709. Pagius quoque A. D. 531. §. v. Nonnihil accuratior habetur in Propyleo Bollandiano pag. 78. Nos primum ex ipſo marmore albo fideliſſime exceptam hic damus. Eſt parieti ſiniſtro affixus lapis ſub organis contra mauſoleum Julii II. Pont. Max. Conſulatus ei ſubjectus minutioribus literis, quam reliquus contextus repræſentatur, ut in alia inſcriptione hac vetuſtiore apud Mabillonium in Supplemento diplomatico pag. 114. & Bonarotium in Obſervationibus ſacris pag. XVI.



Notæ chronologicæ congruunt A. D. 532. quo Johannes II. Pont. Max. Bonifacio II. ſucceſſor eſt datus. *Urbiclum* recte *Orbiculum* explicat Daniel Papebrochius; ſed vir doctus *menſam* ea voce denotari male ominatur. *Clypeum* votivum *cedrinum* denotat, quem Severus Tituli beati Petri

 a vin-

CAP. XVII a vinculis presbyter patrono ſuo munus offert cum ejuſdem Apoſtoli effigie, ſeu *thorace*. Siquidem *thorax* pro *clypeo*, ſive *orbiculo*, ſumitur a noſtrate Rufino in Hiſtoria eccleſiaſtica libro XI. cap. XXIX. ubi THORACES *Serapidis* memorat, *qui* (Alexandriæ) *per ſingulas quaſque domos in parietibus, in ingreſſibus, in poſtibus etiam ac feneſtris erant*. Locum Rufini perpendit Joſephus Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis ad annum Abrahami 2286. Protomas Serapidis (Italice *buſti*) Rufinus *thoraces* dixit. *Clypei* tamen imaginibus inſtructi ſuſpendebantur, & detrahi poterant; ſed *thoraces* atque *orbiculi*, de quibus loquimur, in rem aliam, puta parietes, etiam infixi. Salmaſius ad Vopiſcum in Probo cap. XXIII. *ſacros vultus in thoracibus* pictos aut cælatos adnotavit. Trebellius in Claudio cap. II. auctor eſt, *clypeum aureum, Senatus totius judicio, in Romana curia collocatum, ut etiam nunc videtur. Expreſſa* THORACE *vultus ejus imago*; ideſt in ipſo *thorace*, ſeu *clypeo* aut *orbiculo expreſſa* fuit *Claudii imago*, protome dicta. Neque enim locus per ſe clarus, Scaligero & Salmaſio erat ſollicitandus. Martialis quoque initio libri VIII. Minervæ clypeum, *thoraca* appellavit. Clypei habentes imagines Deorum & Cæſarum ex auro & argento pectore tenus in ſignis militaribus cohortium ſuſpenſi præferebantur: quos in veterum nummis cuſos paſsim adſpicimus. Adi Ezechielem Spanhemium tomo II. magni operis pag. 231. & 237. Hujuſmodi *orbiculos* in muſivis Ciampinianis reperies. Erant etiam *orbiculi* coloribus fucati & acu picti, ſive arte *plumaria* contexti, de qua Bernardinus Baldus

dus in Lexico Vitruviano, & Cangius in Gloſſario. Iidem orbiculi cœlitum imaginibus deſtinati, præſertim in monumentis Chriſtianis, paſſim occurrunt: quod patet ex limbo æreo, ad ſanctum Diſibodum attinente apud Bollandianos hagiologos tomo II. Julii pag. 587. In medio altaris Langobardici, a me ſuperius memorati, exſtat *orbiculus* cum imagine ſervatoris Chriſti Domini. In veſtibulo ipſo Obſervationum cl. Bonarotii ad ſacra vitra exſtat ſarcophagus Chriſtianus cum *orbiculo* medio viri & mulieris, quorum corpora ſubtus clauſa fuerunt. *Orbiculi* hiſtoriis quoque in ſacras veſtes inſerendis variabantur. Anaſtaſius enim pag. 185. ait, Leonem III. pontificem voviſſe in Titulo ſancti Pauli *veſtem in* ORBICULIS *chryſoclabis, habentem hiſtorias Annunciationis & ſanctorum Joachim & Annæ*. Infra pag. 191. memorat *cruces de chryſoclavo cum* ORBICULIS, ab eodem pontifice factas in baſilica ſancti Petri. Pag. 208. eum obtuliſſe ait *tabulas*, *ſeu* (pro *&*) ORBICULOS *de chryſoclavo, diverſis depictos hiſtoriis*. Rurſus pag. 209. idem pontifex in baſilica Liberiana curaſſe dicitur *veſtem albam holoſericam roſatam, ornatam in circuitu de chryſoclavo, & in medio habentem crucem cum* ORBICULIS *de chryſoclavo*. Mox pag. 210. in diaconia Apoſtolorum *Via lata* ORBICULOS *de chryſoclavo cum periclyſi de tyrio*. Leo IV. pag. 285. in circuitu altaris ſancti Petri fecit *cruces & gammadias de chryſoclavo cum* ORBICULIS, *in quibus ſunt imagines Apoſtolorum*. Ad hæc pag. 291. in eadem eccleſia fecit *veſtes ſericas duas, ex quibus una habet in medio tabulas de chryſoclavo, & alia habet in medio cruces &* ORBI-

CU-

CAP. XVII culos *quatuor cum gammadiis*. Infra demum : *ſuper ipſum altare fecit veſtem auro textam , candidis per totum margaritis fulgentem , & in dextera , lævaque tabulas gemmatas habentem cum aureis per circuitum* ORBICULIS , *quibus inſigne ipſius præſulis eſt nomen deſcriptum* . Sanctus Aldhelmus , alias Althelmus , Schireburnenſis in Anglia apud occidentales Saxones ſæculo VII. epiſcopus in libro de Laudibus virginitatis cap. XV. pag. 305. editionis novæ Henrici Whartoni morem ſuæ ætatis in hujuſmodi orbiculatis veſtibus contexendis ſugillat , neque ullo pacto in Virginibus probat : *cortinarum* , inquit , *ſive ſtragularum texturæ non pauculæ purpureis , immo diverſis colorum varietatibus fucatæ inter denſa filorum ſtamina ultro citroque decurrant* , & ARTE PLUMARIA *omne* TEXTRINUM *opus diverſis* IMAGINUM THORACICULIS *perornent* . Ravennæ adhuc lacinias ſacræ veſtis ſeu caſulæ ſupereſſe in cœnobio Claſſenſi nuper didicimus , *orbiculis* ſeu *thoracibus* imaginum epiſcoporum diſtinctas : quas , me flagitante , delineandas curavit præclarus Abbas olim Claſſenſis Petrus Cannetus . Earum meminit Hieronymus Rubeus in Indice Hiſtoriarum Ravennatium v. *diptycha* , & ex eo Cangius in Gloſſario . Ex locis jam allatis patet , *orbiculos* cum *tabulis quadratis* , per ſimilitudinem ita dictis , non debere confundi , ut ſane confudit Octavius Ferrarius , cetera perſpicax , & bene de re veſtiaria meritus , in Analectis cap. XXIX. nimirum Alberto Rubenio contradicturus , qui libro I. de Re veſtiaria cap. XXIV. *orbiculos* , de quibus loquimur , a *tabulis* ita dictis contra Claudium Salma-

maſium recte diſtinxerat. Has *tabulas* ſeu *clavos latos*, a Plinio lib. XXXV. cap. IX. *palliorum teſſeras* dici, notat Rubenius cap. X. Ad Plinii locum ornandum plura congeſſit Carolus Datus in Vitis Pictorum veterum pag. 23. cui jungas velim Joſephum Mariam Suareſium in Commentatiuncula de *Veſtibus literatis*, & Johannem Fridericum Gronovium, a Dato congeſta probantem, in Notis ad aliquot libros Plinii poſt tomum III. editionis Leydenſis apud Hackios anni 1668. pag. 833. 834. Ferrarii in Rubenium ærugo panditur ab ejus olim amico Johanne Georgio Grævio in præfatione ad tomum V. Theſauri Antiquitatum Romanarum.

XVIII

Alia formula *Diſci* Peruſini, *utere felix*.

ALia *Diſci* Albani formula hæc eſt: UTERE. FELIX. Elegans vero eſt, & veteribus frequens, hoc ſonans: *in utilitatem tuam, felix, hunc diſcum verte*. Itaque *Diſcus* non ad ornatum & pompam, ſed ad *uſum* in ſacro miniſterio oblatus. Pereximius Senator & amicus noſter Bonarotius nummis Carpineis jamdudum admiſcuit pateram æneam, ab ſe in præfatione eleganter pro more deſcriptam atque explicatam pag. XVII. XVIII. & XIX. in qua eſt formula UTERE. FELIX. Idem ſcriptor, antiquitati explicandæ natus, atque opido ſagax, pridem in Obſervationibus ſacris pag. 208. ter quoque hanc formulam protulit ex Fibula aurea, gemmiſque anularibus, ubi lectum integris vocibus UTERE. FELIX, & compendiariis UT. FX. Eam a Tiberio Conſtantino Auguſto, Juſtini junioris ſucceſſore uſurpatam auctor eſt ſanctus Gregorius Turonenſis in Hiſtoria Franco-

rum

CAP. XVII rum lib. VI. cap. XXX. Tiberius enim pridie, quam moreretur, data in uxorem filia Conſtantina Mauricio, his eum verbis *Imperatorem* inauguravit: *ſit tibi Imperium meum cum hac puella*, UTERE EO. FELIX, hoc eſt *Imperio*. Quiſpiam codex habet *ea*, non *eo*, quaſi ad *puellam*, non ad *Imperium* verba Conſtantini referrentur. Sed vulgata lectio tangi non debet, quam retinet quoque nova editio clari nominis viri atque olim amici mei, Theoderici Ruinarti. *Imperium* enim in recto eſt, quo Mauricius a Tiberio *felix uti*, fauſto omine prænunciatur. Siquidem formula eſt omen felicitatis, re utenti. Id penitus firmat Paulus Diaconus Aquilejenſis in libro III. de Geſtis Langobardorum cap. XV. Ait enim, a Tiberio Mauricium electum, cui ornatam filiam ſuam regalibus ornamentis tradidit, dicens: *ſit tibi Imperium meum cum hac puella conceſſum*, UTERE. EO FELIX, *memor ſemper, ut æquitate & juſtitia delecteris*. Alia formula ſponſalibus acclamabatur, nimirum FELICITER, ex Franciſco Bernardino Ferrario in opere a me ſæpe laudato de Veterum acclamationibus & plauſu libro VI. cap. XIII. Eâdem formula aliis quoque acclamatum, ex Phædro lib. v. Fab. I. *v.* 5. Sed rei, quam tractamus, in bono lumine collocandæ alius locus Pauli Diaconi aptiſſimus eſt. Utramque enim *Diſci Albani* formulam refert, priorem quidem DE. DONIS DEI aliis verbis, metri lege ita jubente; poſteriorem UTERE. FELIX iiſdem omnino verbis. Paulus igitur poſtquam Caroli Magni imperio obſecuturus Homilias per anni circulum in Eccleſia legendas in unum corpus digeſſiſſet, codici,

dici, ſummi Principis manibus terendo, pro epiſtola nuncupatoria carmen adonium præpoſuit, Boethium in eo fortaſſe imitatus. *Bipedale* appellat ſanctus Columbanus, cujus pervenuſtum ejuſmodi carmen legitur in Sylloge Epiſtolarum Hibernicarum Jacobi Uſſerii §. vi. Pauli totum damus ex editione Colonienſi apud Maternum Cholinum A. D. 1557. in folio: quam poſtea ibidem iteravit Laurentius Surius A. D. 1576. Cap. XVIII

Paulus Diaconus.

UTERE ∴ FELIX
MUNERE. CHRISTI
Pluribus annis
Luxque decuſque,
Magne tuorum
Carole Princeps,
Atque togate
Arbiter Orbis,
Dardanidæque
Gloria gentis.

Paulus majores Caroli Magni a Trojanis credi ortos tradiderat quoque in libello de Epiſcopis Metenſibus. *Anchiſus* Caroli abavus, ſancto Arnulfo natus, ex *Anſegiſo* corruptus, quaſi ab *Anchiſe* Trojano ſic dictus, id perſuaſerat. Ad hæc *Priamus* Rex Francorum in Faſtis Proſperi: quem licet vir, linguarum & rerum peritia inſignis, Abbas Ludovicus du Four de Longuerue in Annalibus Merovingicis, nondum publici juris factis, prorſus exploſerit, eum tamen ex *Pharamundo*

Digitized by Google

CAP. XVIII quodam ſeniore in *Pharamum* contracto, derivavit Godefridus Guillelmus Leibnitius in Diſquiſitione de Origine Francorum. Hujuſmodi propriorum nominum contractiones, antiquis etiam uſitatas, animadvertit Stephanus Lemonius ad Varia ſacra to. II. pag. 774. Pauli *Homiliarium* ante omnes vulgaverat Spiræ Petrus Drack A. D. 1482. in forma folii; ſed Patrum ipſo Paulo juniorum Homiliis interpolatum. De hoc vide Carolum Cointium in Annalibus Eccleſiaſticis Francorum tomo VI. A. D. 797. §. XXXVIII. & Mabillonium in ſuis tomo II. lib. XXVI. §. LXII. pag. 328. Johannes Volricus Surgant rector eccleſiæ ſancti Theodori Baſileenſis ex codice patriæ bibliothecæ novam Homiliarii editionem undecim annos poſt priorem illam Spirenſem adornavit Baſileæ apud Nicolaum Keſsler A. D. 1493. in folio. Hanc poſtea denuo ibidem recudit Jacobus Pforczen A. D. 1505. tomis duobus, volumine uno in folio minori. In his editionibus interpolatis deſunt verſus Pauli Diaconi, a me adducti. Vetus apographum ſincerum & purum, in binos magnæ molis codices digeſtum, Mabillonius contrectavit apud Augienſes cœnobitas in lacu Potamico; quot nimirum codices fuiſſe tradiderat auctor Vitæ ſancti Anſegiſi Abbatis Fontanellenſis in Actis Sanctorum Ordinis ſancti Benedicti ſæculo IV. Parte I. pag. 634. §. 8. & Sigebertus in Catalogo cap. LXXXI. Atque hæc obiter dicta ſint. Idem Mabillonius, cujus nomen optimum, deque literis egregie meritum, non ceſſabit unquam laudari, quandiu ſtudia Chriſtianæ antiquitatis ſuos habebunt peritos & probos æſtimatores, excutiens

Digitized by Google

tiens veteres chartas bibliothecæ ſancti Galli apud Helvetios, reperit *Juliani Toletani Prognoſticon futuri ſæculi*, his verſibus prænotatum in Analectis to. IV. pag. 634. CAP. XIX

UTERE FELICITER, *Spaſſande papa*,
Jugiter per ſæcula longa.

Subinde vir doctiſſimus quum *Spaſſandum* quendam initio ſæculi X. Abbatem Pinenſem in Gallœcia offendiſſet, huic, poſtmodum alicubi *epiſcopo*, oblatum codicem Sangallenſem ſuſpicatus eſt in Annalibus tomo III. pag. 326. At *Spaſſandus* ille quæri non debuit extra ævum *Juliani*. Sedit Epiſcopus *Complutenſis*, cumque eodem *Juliano*, ſuo metropolita, interfuit Concilio Toletano XV. A.D. 688. & quinquennio ſerius ſubſcripſit Concilio Toletano XVI. apud claræ memoriæ Cardinalem Joſephum Aguirrium in Conciliis Hiſpaniæ to. II. pag. 728. & 747. *Julianus* ergo ſuum *Prognoſticon* in nomine *Spaſſandi papæ* (ſive *epiſcopi*) *Complutenſis*, apparere voluit, formulam UTERE FELICITER pro FELIX, ob legem carminis, uſurpare compulſus. Rei *uſus* non fruſtra in ſacris donariis toties inculcatur, quod nimirum *uſus* tantum Eccleſiæ miniſtris; ſummum jus & imperium uni Deo & Sanctis ejus offerentium religio contraderet.

XIX
Diſcus Perufinus ad quem uſum oblatus in æde ſacra?

QUum *Diſcus Albanus* in æde ſacra non ad otioſum ornatum, ſed ad *uſum* oblatus fuerit, jam ſupereſt, ut quanam in re myſta FELIX, & CUM GAUDIO, illo uti debuerit,

CAP. XIX rit, a nobis inveſtigetur. Rem aperiet, ſi bene auguror, provinciæ noſtræ Aquilejenſis celeberrimus presbyter, & dein Pictavorum in Gallia Aquitanica epiſcopus, Venantius Fortunatus. *Eulogia* (latine *benedictio*) apud ſcriptores ſacros notior eſt, quam, ut meis verbis explicari egeat. Sirmondus in Diſquiſitione de Azymo cap. VI. *triplicem* apud Chriſtianos vocabuli notionem promit. At vero Edmundus Martenius in Commentario ad Regulam ſancti Benedicti cap. LIV. *novem* ſacras vocis ſignificationes adducit. Generatim *Eulogia* eſt munus ex caritate datum; ſed paſſim donati eo vocabulo *panes oblati* in eccleſia, ex quibus pars aliqua ad Chriſti corpus conficiendum ſeligeretur. Hæ vero *Eulogiæ* poſt peractam liturgiam, a ſacerdote cunctis præſentibus viritim paullo ante dimiſſionem, publice diſtribuebantur. Erant etiam *Eulogiæ* privatæ ſive panes, ſive bellaria, & alii cibi, obſonia, & quodvis fructuum genus, cui ſacerdos bene precatus antea fuiſſet. Has epiſcopi, presbyteri, abbates, abbatiſſæ, ultro citroque dabant, accipiebantque. De utriſque poſt Baronium A. D. 313. §. LII. & LVI. & Bonam in Rebus liturgicis lib. I. cap. XXIII. Menardum quoque ad Concordiam Regularum cap. LXI. pag. 875. unum pro omnibus uberrimo eruditionis apparatu differentem indicare ſufficiat Cangium in Gloſſario. Non enim eſt volupe jam pridem ab aliis obſervata & congeſta, illaudatis auctoribus, ſuffurari, ut alienis exuviis læti, crambem repetitam exhibeamus. Graculi ab omni pudore imparati, qui hoc agant, non deſunt, immemores moniti Pliniani in præfatione Hiſtoriæ natu-

tu-

turalis, *obnoxii profectò animi & infelicis ingenii eſſe, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere*. De *Eulogiis*, Chriſtianiſque *oblationibus* ſpeciatim ſe acturum ſpoponderat Valerius Chimentellius in opere de *re donatica*, cujus ſynopſim ſubjecit *Marmori Piſano de honore Biſellii*. Eum vide pag. 238. Tomaſino autem cap. XLIII. de Donariis ſpes fuit, Franciſcum Bernardinum Ferrarium, & Leonem Allatium, nobile par literatorum, Chriſtiana Latii & Græciæ donaria commentariis illuſtraturos: dignum ſane horum eruditione argumentum, a neutro nihilominus pertractatum. Jam patet uſus eccleſiaſticus *Gabatæ Albanæ*, recipiendis nimirum *Eulogiis* deſtinatæ. Id extra omnem dubitationis aleam ponit Venantius Fortunatus, qui & *Gabatam* (ſive *Gavatam*, quod idem eſt) *argenteam*, noſtræ perſimilem, verbis in *orbiculo* ornatam, deſcribit, & *Eulogias in Gabata argentea* ad ſe dono miſſas, geminato epigrammate celebrat, utroque in rem noſtram huc transferendo. Prius eſt libro VII. 24.

Qui LEGIS *in pulchro* CIRCUMDATA VERBA *metallo*,
Si venias purus, hoc imitaris opus;
Nam velut argentum calida fornace probatur,
Sic ſe purgato pectore prodit homo.

Alterum eſt libro XI. 10. ad Agnetem antiſtitam pro *Eulogiis* ex ſanctæ Radegundis, olim Reginæ Francorum, parthenone ad Venantium tranſmiſſis:

Multiplices epulæ concurrunt undique fuſæ,
Quid prius excipiam, me bonus error habet.

Car-

Digitized by Google

CAP. XX *Carnea dona tumens* ARGENTEA GAVATA *perfert*,
Quo nimium pingui jure natabat holus.

XX
Vaſa aurea & argentea a principibus viris oblata in ædibus ſacris.

CEterum *vaſa aurea* & *argentea* Deo, Sanctiſque offerentes, peculiari id cæremonia peregiſſe, ex monumentis eccleſiaſticis conſtat. De aliis *oblationibus* & *donariis* idem plane dicendum. Gregorius Nazianzenus in Orat. xx. de laudibus ſancti Baſilii Magni §. 77. to. I. operum pag. 351. editionis Morellianæ anni 1630. narrat, Valentem Auguſtum Deo dicatam ædem catholicorum ingreſſum, *dona, quæ ipſemet fecerat*, ὧν αὐτουργὸς ἦν in ſacram menſam inferre voluiſſe: quæ tamen, ab hæretico oblata, nemo acceptavit. Theodoritus libro IV. Hiſt. Eccl. cap. XIX. hæc *dona* generatim memorat; ſed quid eſſent, nequaquam exponit. Mabillonius in Commentario ad Ordinem Romanum pag. XLV. *panem oblatum* exiſtimat. Quid, ſi *panis* in *vaſe aureo* per Valentem *oblatus*? Munus Imperatore dignum, nec abſurdum fuiſſet. Nicetas Serronius in ſcholiis to. II. Operum Nazianzeni pag. 781. §. 77. *donum* Valentis *vaſa aurea*, quæ ipſemet Imperator feciſſet, interpretatur. Hoc tamen Godefrido Hermanno in Vita Baſilii lib. v. cap. III. & Sebaſtiano Tillemontio in Commentariis de Hiſtoria Eccleſiaſtica to. IX. pag. 160. editionis I. veroſimile nequaquam videtur. Atqui hoc nihil probat. Multa enim vera ſunt, quæ veroſimilia non ſunt: neque alias unquam dedecuit ſummates, Auguſtoſque ipſos interdum nobilioribus mechanicis artibus operam dare, ſeque in iis exercere. Neronem *pingendi, fingendique maxime, non mediocre ſtudium* habuiſſe,

ſe, teſtis eſt Suetonius in Vita cap. LIII. Hadrianus, *pictor, fictorque ex ære & marmore* dicitur a Paulo Diacono in Hiſtoria miſcella lib. x. pag. 265. edit. Caniſianæ, utique ex vetuſtioribus teſtimoniis. Etenim a Spartiano *picturæ peritiſſimus* dicitur cap. XIV. & a Victore Schotti cap. XXVIII. *pictor, fictor ex ære vel marmore proxime Polycletos & Euphranoras*. Capitolinus Marcum ait cap. IV. *operam pingendo* dediſſe? Quid? quod ab Ammiano libro XXX. cap. IX. Valentinianus I. *Valentis* hujus, de quo loquimur, frater, *venuſte pingens & fingens, & novorum inventor armorum*, vocatur, ne a vero abludere arbitremur, *Valentem* quoque ipſum, Valentiniani germanum, *ſua manu vaſa aurea* finxiſſe: quod ex Nazianzeno Serronius expoſuit. Deinceps Catalogo mechanicorum artificum Franciſci Junii Valens merito adjungi poterit. Ejuſmodi porro anathemata a principibus viris Deo & Sanctis offerri conſueviſſe, exemplis aliunde petitis mox confirmabo. Hi ſacræ liturgiæ aderant in loco, quod *Senatorium* dicebatur, *infra presbyterii cancellos* in parte auſtrali, adnotante Mabillonio in Commentario pag. XXII. & XLIV. Confer Cangium ad Paulum Silentiarium pag. 554. 560. & in Conſtantinopoli Chriſtiana libro III. cap. XLIX.

XXI
Ritus vaſa aurea & argentea Deo offerendi illuſtratur.

MUſiva opera, ſub fornice aræ maximæ Eccleſiæ Ravennatis ſancti Vitalis exſtantia primus edidit Hieronymus Rubeus in patria Hiſtoria pag. 897. deinde Nicolaus Alemannus in notis ad Procopii Hiſtoriam arcanam cap. XLV. & ex eo Octavius Ferrarius in Analectis de re ve-

ſtiaria

Digitized by Google

CAP. XXI ſtiaria cap. XVIII. Mox Cangius in Hiſtoria Byzantina pag. 97. & rurſus demum ex archetypis Johannes Ciampinus to.II. cap.IX. tabula XXII. In his ritus ſacer, quo *Juſtinianus* Auguſtus *vaſa aurea* obtulit in eadem Eccleſia, repræſentatur. Ibi enim *Maximianus* Archiepiſcopus, clero præeunte, Imperatorem ad gradus baſilicæ ab ſe exceptum, *vaſque aureum* manu geſtantem, palatinæ cuſtodiæ ſpathariis ſtipatum ad ædem ſacram introducit. In alia vermiculati operis parte viſitur *Theodora* Juſtiniani uxor in *Atrio*, quod *Area*, *impluvium*, *triporticus*, *quadriporticus*, *paradiſus*, & *narthex* alias dictum, ubi eſt *fons*, quem *cantharum*, *phialam* & *nymphæum* appellaverunt. Hæc accurate pertractant Heribertus Roſweydus in notis ad Paulinum Nolanum pag. 814. editionis Plantinianæ, & Cangius in Conſtantinopoli Chriſtiana libro III. cap. XXI. & XXII. inque Commentario ad Paulum Silentiarium pag. 534. 536. 538. ubi sanctæ Sophiæ, ceterarumque ædium ſacrarum partes uberrimo reconditæ eruditionis apparatu deſcribit. Auguſta ipſa *vas aureum* pariter manu geſtat, eamdemque Cæſarei gynecæi matronæ per narthecem in ſacram ædem ingredientem comitantur: cujus *velum* Auguſtalis miniſter extollit. *Vaſa* hæc non fuiſſe vacua, ſed panem, de more offerendum, continuiſſe arbitror. Panis enim & vinum in uſum incruenti ſacrificii offerebatur. Etiam Carolus Magnus, ab Leone III. Pontifice jam *Auguſtus* dictus & coronatus, in *confeſſione* Beati Petri obtulit *diverſa* VASA *ex auro puriſſimo in* MINISTERIO *ipſius* MENSAE, inquit auctor vetus in libro Pontificali pag. 184.

Ce-

Ceteri non in *vaſis*, ſed in *candidis fanonibus*, CAP. XXI quæ erant mundiſſima linteamina, panem offerebant. *Fanonis* triplicem ſignificationem Mabillonius diſtinguit in Vita ſanctæ Wiboradæ Sæculo v. Benedictino pag.51. Primo enim ſumitur pro quavis *mappula*. Secundo pro veſtis ſacræ parte illa, quam *manipulum* vocant. Tertio pro *corporali*. Nos de *mappula* loquimur, quam *linteum oblatitium* etiam dixerunt. Hujus generis fuiſſe oportet *fanones* XX. quos Theobaldus Abbas fecit in eccleſia ſancti Silveſtri, ex lapide inſcripto A.D. 1060. apud Johannem Jacchettum in Hiſtoria ejuſdem ſacræ ædis cap. VII. pag. 45. Si vacat, conſule virum pium & eruditum Edmundum Martenium in Antiquis Eccleſiæ ritibus libro I. parte I. cap. IV. artic. VI. pag. 378. Interim audi Honorium in Gemma animæ libro I. cap. XXVII. *quidam de populo* AURUM, *quidam* ARGENTUM, *quidam de altera ſubſtantia* SACRIFICANT. Sic pariter *Diſcus Albanus* ſacrificatus eſt. *Oblatio* enim *ſacrificium* dicebatur. Dixit quoque Cyprianus in libro de Opere & eleemoſyna §. XI. *quæ in dominicum* (hoc eſt in ſacram ædem) *ſine* SACRIFICIO *venis*; *quæ partem de* SACRIFICIO, *quod pauper obtulit*, *ſumis*? In Liturgia ſancti Cyrilli Alexandrini, quam Victorius Scialachius ex Arabia in Latium tranſtulit, hæc leguntur pag. 63. editionis Auguſtanæ: *orate pro iis, qui procurant & ſuppeditant* OBLATIONES *&* SACRIFICIA, *vinum*, *oleum*, *thus*, *&* VASA *altaris*. Quid rei noſtræ adcommodatius? Eſt Apoſtolica & naſcentis eccleſiæ primæva phraſis. Munus enim, quod Deo offerebatur, duo ſignificaſſe adnotat Hugo Grotius

CAP. XXII tius ad Matthæum V. 23. & XXII. 16. Primo *donum*, quod *altari* ſuperponebatur, *ſacrificii voluntarii* nomine expreſſum. Secundo *pecuniam in gazophylacium* miſſam. Utrumque ſic Dei proprium cenſebatur, ut ſiquis per utrumvis juraſſet, per Deum ipſum juraſſe crederetur. Vide eumdem Grotium ad Epiſtolam Jacobi V. 12. Quum Theodoſius Magnus ob ſublatum Eugenium Tyrannum *oblationes* Deo fieri juſſiſſet, ſanctus Ambroſius de Auguſtali epiſtola id jubente hæc ad eum reſcripſit epiſtola LXI. claſſe I. tomo II. operum edit. novæ pag. 1017. §. 5. *epiſtolam Pietatis tuæ mecum ad* ALTARE *detuli. Ipſam* ALTARI *impoſui; ipſam geſtavi manu, quum offerrem ſacrificium, ut fides tua in mea voce loqueretur, & apices Auguſti, ſacerdotalis* OBLATIONIS *munere fungerentur*. Ambroſius Theodoſianam epiſtolam Deo *obtulit ſacrificium*. Quod enim *defertur ad altare*, quod *altari imponitur*, & *ſacerdotalis oblationis munere fungitur*, Deo *ſacrificium* eſt. Verba ſunt divino quodam ſpiritu plena, tantoque præſule digna.

XXII. Ritus offerendi literas donationum teſtes ſuper altare.

FLorente pietate Chriſtiana maxime viguit apud majores noſtros mos, religionis plenus, minimeque fucatus, quo res ſuas Deo ſacrificantes, ipſas donationum teſtes literas manu ſua Deo offerentes, deponebant ſuper altare, in quo VOTA *populi & membra Chriſti* portari ait Optatus initio libri VI. de Schiſmate Donatiſtarum; quodque ab eodem ſancto viro *ſedes & corporis, & ſanguinis Chriſti* appellatur. Morem hunc venerabilem chartas rerum teſtes Deo in *men-*

ſa

ſa ſancta, quam etiam *propitiatorium* dixerunt, offerendi, ſervatum videmus in Regula Occidentalium monachorum Patriarchæ Benedicti cap. LVIII. ubi tiro *chartam*, qua in cœnobium petit admitti, manu ſua *ſuper altare* ponere jubetur: ad quem locum vide Martenii Commentarium pag. 776. Poſtmodum ſacer hic ritus in alios manavit. Exſtat enim in vetuſtiſſimis Agaunenſium Regulis cap. I. & Magiſtri cap. LXXXIX. in Codice Regularum, cujus editione Lucas Holſtenius ſuam & alienam famam amplificavit. Ejuſdem conſuetudinis memor Gregorius Magnus libro IV. Expoſitionis in librum I. Regum cap. IV. §. 18. hæc literis conſignavit: *quod coram nobis promittunt*, DEO OFFERIMUS, *ut ipſe jam de* MANIBUS NOSTRIS TENEAT *quod exquirat*. Et mox: *quum ergo ea, quæ novitii requirunt*, DEO OFFERIMUS, *quaſi* CHIROGRAPHUM, *quod nobis faciunt*, *illi* DAMUS. Iiſdem pene verbis Gregorianis uſum Stephanum III. in deſignanda *oblationis charta*, ſancto Petro Apoſtolo per Pippinum Regem Francorum exhibita, & ſuper ejus altare poſita, ſtatim patebit. Decretum ponendi *ſuper altare* donationis *epiſtolam*, habes in Baluzianis Capitularibus tomo I. pag. 95. Hujus diſciplinæ, quam in Formulas ſuas retulit Marculfus libro I. cap. I. in ſacris donationibus exempla paſſim offendimus, & quædam profert Hieronymus Bignonius in notis ad Marculfum pag. 248. edit. II. Unum ex *donariis*, longe omnium magnificentiſſimum, a Carolo Magno *oblatum* non præteribo, cujus *chartam intus ſuper corpus beati Petri* ab eo *propriis ſuis manibus poſitam* teſtatur Bibliotheca- CAP. XXII

 rius

CAP. XXII rius in Hadriano I. pag. 157. qui ſane Pontifex hoc idem ab ipſo Carolo *præſentaliter* MANIBUS SUIS *factum*, in memoriam ei redigit epiſt. LI. pag. 114. codicis Carolini editionis Petri Lambecii. Ante Hadrianum Stephanus III. ad Pippinum, ejuſdemque filios Carolomannum, & Carolum Magnum ibidem hæc ſcripſerat epiſt. IX. pag. 37. CHIROGRAPHUM, *veſtram donationem, princeps Apoſtolorum firmiter* TENET. Ideo Hadrianus epiſt. XC. pag. 177. prope finem illud poſt Pippini obitum a Carolo ſibi iterum factum, confirmatumque, vocat *ſacram oblationem*, quam antea epiſt. LXXXV. pag. 166. HOLOCAUSTUM *beato Petro oblatum* vocaverat; ne quis jam habeat, unde procax neget, *ſacrificium* fuiſſe quod magiſtri totius Eccleſiæ ſummi Pontifices *ſacram oblationem*, & *holocauſtum* Deo factum dixerunt. His jungendus rerum Liturgicarum præclarus interpres Cardinalis Bona lib. II. cap. VIII. Eandem Pippinianam & Carolinam *oblationem* in magnis & celeberrimis eccleſiæ conventibus memoratam reperio. In Actione IV. Concilii II. Trecenſis, A. D. 878. coram Johanne VIII. Pont. Max. celebrati, lecta fuerunt *diplomata* & *ſacramenta* oblationum, ab iiſdem piiſſimis Regibus Deo factarum: *deinde* PROMISSIO *Regum lecta eſt* : *&* SACRAMENTA, *quæ Pippinus & Carolus* OBTULERUNT *beato Petro Apoſtolo*, LECTA *ſunt*. Hoc Concilium ſpeciatim coactum contra Spoletanos Duces, rerum ſancti Petri invaſores, alioſque bonorum eccleſiæ prædones. Exſtat pariter Concilii Lateranenſis anni 1122. ſub Caliſto II. Pontifice canon XXII. contra intruſos Archiepiſcopos Ravennates, qui in Exar-

Exarchatum invaſerant. Ejus canonis laciniam Urbano II. falſo adſcriptam Gratianus refert XII. Q. II. C. XXXVII. *Alienationes*. Evolve Concilia Labbei to. IX. pag. 308. D. & tomo X. pag. 900. Quid in Concilio I. Lugdunenſi A. D. 1245. coram Innocentio IV. & XL. epiſcopis actum ſit, alibi dixi. Vide tamen Martenii Veterum ſcriptorum ampliſſimam collectionem to. II. pag. 1224. Denique in Concilio Tridentino Legati Regis Galliarum Pippini, Caroli, & Ludovici merita in Sedem Apoſtolicam exaggeraverunt ob patrimonia ſancto Petro Apoſtolo reſtituta; quippe qui ei ditionem *multo majorem, quam nunc poſſidet, munifice & tam large donarunt*; immo *reſtituerunt*. Id produnt Inſtructiones & epiſtolæ de Concilio Tridentino a Jacobo Gillotio primum vulgatæ, poſtmodum a Petro Puteano auctæ pag. 487. editionis IV. Genuinum ſenſum *reſtitutionum* S. R. E. factarum, de quibus plura alibi dixi, egregie explanat eruditus presbyter Jeſuita Lælius Biſciola Mutinenſis in Horis ſubſecivis tomo II. libro XIX. cap. XIV.

XXIII

Donationes eccleſiis factæ, ipſi Deo ſunt factæ.

QUia vero hac præſertim ætate ſe nunquam deſiderari patiuntur qui gravi in Romanam Eccleſiam malevolentia ſuffuſi, ad laureolam ſibi ſatis putant, ſi quæ a ſummis Pontificibus veniunt, petulanti ſupercilio contemnant; jam non amplius Pontifices, ſed Occidentalium Auguſtorum principem Carolum Magnum audiri poſtulo: qua in re cum iis agam liberaliſſime. Itaque donationum Eccleſiæ factarum partes iterum veritatis ſtudio ſuſcipiamus, & Carolino um-

CAP. XXIII umbone alacriter defendamus; quandoquidem cum his larvis nobis rurſus luctandum eſt. Ne vero eum, cujus commenta excutimus, imitari videamur, paucis hoc faciemus. Carolus ergo in Capitularibus Baluzianis tomo I. pag. 406. ſe ſcire ait, *res eccleſiæ, Deo eſſe* SACRATAS, *& ab auferentibus* SACRILEGIUM *committi, quod* SCRIPTURA *de ipſis rebus* DEO CORAM ALTARI, *aut* SUPRA, *data fuerit*: qua nimirum tranſmutationem induentes, ex non ſacris in ſacras evaſiſſent. Idem maximus Imperator pag. 1002. *omnia*, inquit, *quæ Domino, Eccleſiæque a quibuſcumque* OFFERUNTUR, *Domino* INDUBITANTER CONSECRANTUR, *& ad* JUS PERTINENT SACERDOTUM. *Et quia Chriſtum & Eccleſiam, unam perſonam eſſe veraciter agnoſcimus, quæcunque Eccleſiæ ſunt*, CHRISTI *ſunt*. Verba ſunt, magni Caroli animo & religione digniſſima. Decretum vetuſtius Dagobertinum, formulis Carolinis & pontificiis undequaque reſpondens, ponendi *ſuper altare* chartas, donationum teſtes, habemus in iiſdem Regum Francorum Capitularibus to. I. pag. 95. Id pro *ſacrificio* majores noſtri acceperunt. Anne Deum tam pio actu ludificare voluiſſe dicendi ſunt? Quis eo temeritatis prorumpat, ut tantum nefas illis affingat? Ad veterem ritum, donationum chartas ſuper altare imponendi, nos alluſimus in carmine de Erſone Fori-Julii dynaſta, qui medio ſeculo VIII. noſtræ Abbatiæ Sextenſis auctor fuit. Illud propterea huic loco inſeremus:

Hic, ubi lene fluens ſe Reghena fundit in agros,
Bacche tibi, caros, & tibi, flava Ceres;

Quum

Quum Deſiderius late dominatus in omnem
Italiam, populis regia jura daret;
Erſo, vir princeps, pietate Erſo inclytus heros
Se famulam vovit, Virgo Maria, tibi:
Quaſque ædes ſtruxit, Benedicti pandit alumnis,
Aris imponens grandia dona Deo.
Ad SEXTUM *lapidem Concordia ſurgere vidit*
Arcem ſanctorum, nomen & inde loco.
Dicere non renuas qui relligionis amore
Tangeris: Erſonis molliter oſſa cubent.

Jam dictis conſona habet Irene Auguſta in Typico cap. VII. inter Analecta Græca pag. 163. ubi vetat, ſacras Virgines, quibus Regulam ſcribit, quidpiam ex bonis mobilibus ſive immobilibus, quæ in ſuo parthenone, *Gratia plenæ* dicto, beatæ Virgini donum obtulerint, illinc, dæmone inſtigante, egreſſas, unquam reſumere poſſe. Rationem addit: *quod enim ſemel Deo conſecratum eſt, reſumi nequit: & qui illud reſumit, ſacrilegus eſt. Quali vero pœna plectatur ſacrilegus, omnes norunt, licet id nos minime dixerimus*. Typicum iſtud ex autographo erutum blattis & tineis eripuit, & latinum fecit celeberrimus amicus noſter Bernardus a Montefalconis. Olim religio fuit in rem, tam probato & ſolemni ritu Deo oblatam, quicquam ſibi juris ſervare, niſi *proceſſionis* (nimirum omnis ſacræ officiorum & myſteriorum in eccleſia celebrationis) *gratiam, quæ Chriſtianis omnibus in commune debetur*, teſte libro Diurno Romanorum Pontificum pag. 92. & 102. Hujuſmodi *proceſſionem* (ſive conventum populi ingentis) *ſexu ex utroque, quem capaciſſima*

Digitized by Google

CAP. XXIII *ma baſilica* (sancti Juſti Lugdunenſis) *non caperet*, *& quamlibet cincta diffuſis crypta porticibus*, lege apud Sidonium libro v. epiſt. XVII. Unam ergo & veram cauſſam habemus, cur a puris veteris eccleſiæ monumentis juris & dominii cujuſcunque reſervationes omnino exſulent: quæ longo poſtmodum intervallo a bonis viris Henricianis & Arnaldiſtis primum excogitatæ, emerſerunt. His clariſſima lux datur præcepto sancti Gelaſii I. pontificis apud Gratianum XVI. Q. VII. C. XXVI. *Piæ mentis*, cujus legitimum ſenſum ob diſciplinæ veteris ignorationem non eſt aſſecutus Johannes Strauckius in Amœnitatibus juris canonici, Jenæ editis A. D. 1718. Gelaſii verba adſcribam, quia maxime huc faciunt: Scripta vero ſunt ad Senecionem epiſcopum: *piæ mentis amplectenda devotio eſt, qua ſe Julius nobis in re Juliana ſui juris fundaſſe perhibetur eccleſiam: quam in honorem sancti Viti confeſſoris ejus nomine cupit conſecrari. Hanc igitur, frater cariſſime (ſi ad tuam diœceſim pertinere non ambigis) ex more convenit dedicari*, COLLATA *primitus* DONATIONE SOLEMNI, *quam miniſtris eccleſiæ deſtinaſſe ſe, præfati* MUNERIS *teſtatur* OBLATOR, *ſciturus ſine dubio, præter* PROCESSIONIS *aditum, qui omni Chriſtiano debetur*, NIHIL *ibidem ſe* PROPRII JURIS *habiturum*. Gelaſii locum Gratianeum ex aliis ejus reſcriptis, ab Holſtenio editis, explanat Ludovicus Thomaſſinus in Vetere & nova eccleſiæ diſciplina tomo II. libro I. cap. XXIX. §. VII.

Ex

CAP. XXIV

XXIV

Donationes eccleſiis factæ, *ſacrificium* dictæ.

EX his pariter liquet; quam bene cum ſanctioribus Muſis rationem ſubduxerit qui poſt tot & tam luculentas formulas, veteri Eccleſiæ ſermone prolatas, verbis ad proprium ſui ſcribendi characterem expreſſis in patrimonia sancti Petri ea garrire eſt auſus, quæ magno ſtudio ex ejuſmodi auctoribus ſuppilaverat, quos ſocios, & conſortes criminis, non patronos & defenſores innocentiæ jactare debuiſſet. Horum enim næniis, centies jamdudum exploſis, chartas implere non deſinens, eo feſtivitatis, ne dicam amentiæ prolapſus eſt, ut in ſacris *oblationibus* Deo factis ipſe (cujus nomini parco) jus beneficiarium, quod *feudum* vocant, ſe tandem exſpiſcatum, univerſo orbi nunciaverit. Ab hoc uno audaciæ exemplo de ceteris ſit conjectura. Mox de ſapientum & proborum judicio parum ſollicitus eo proceſſit, ut *donationem* Caroli Magni *ſacrificium* non fuiſſe palam ediceret: quod pariter ejus modeſtia digniſſimum eſt. Cauſſam adfert, opido egregiam, propterea quod incruentum *ſacrificium* corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti *verum* ſit *ſacrificium*. Ego addo, & vere *propitiatorium*, ubi hoſtia & offerens miniſterio ſacerdotum Chriſtus Dominus unum ſunt, ex Concilio Tridentino ſeſſ. XXII. cap. I. II. III. & canone I. Anne ergo apud Catholicos infra Euchariſtiæ *ſacramentum*, quod non ſolum eſt *ſacramentum*, ſed etiam, ut ait ſanctus Thomas Parte III. Q. LXXIX. Artic. VII. *ſacrificium*, & quidem longe omnium ſanctiſſimum, & vere ac prorſus divinum, in quo cogitando totis artubus contremiſcimus, aliud nul-

K lum

CAP. XXIV lum eſt *ſacrificium* (non tamen *ſacramentum*) quod quilibet, etiam non ſacerdos Deo offerre poſſit ? Sed nimis hebetes nos putas , ut tua hæc dicta nobis propinari patiamur , o homo , theologiam crepans , quam Patres , interque hos Auguſtinus libro x. de Civitate Dei cap. VI. ipſique ſummi Pontifices ignoraverunt . Ignoravit etiam in hac luce literarum vir inſigniter doctus , multiſque de re eccleſiaſtica ſcriptis editis ubique percelebris Johannes Morinus in Hiſtoria ſummi imperii Eccleſiæ Romanæ pag. *635*. §. v. ubi *donationem* Carolinam ab Hadriano I. Pontifice veri *holocauſti* vocabulo recte deſignari monſtravit . Quemadmodum enim *holocauſtum* eſt *ſacrificium* Deo prorſus oblatum , inque ejus honorem tam perfecte abſolutum , ut nec populus , nec ſacrificans quidquam inde ſibi retineant ; ita Reges Francorum magnam Italiæ partem Deo in honorem ſancti Petri donum offerentes , nihil ſibi juris in eam retinuerunt . Locus ſancti Hilarii in Pſalmum LXV. §. 23. pag. 181. operum editionis novæ huc referendus : HOLOCAUSTA *ſunt* INTEGRA *hoſtiarum corpora , quæ quia* TOTA *ad ignem ſacrificij deferebantur* , HOLOCAUSTA *ſunt nuncupata* . Quis paullum ſui compos hæc in ſermone Hadriani Pontificis non ſtatim agnoſcat ? Phraſis eſt mere liturgica . *Sacrificio* autem illi euchariſtico *veri* elogium tribuit Concilium Tridentinum contra id negantes hæreticos Zwinglianos , qui *Sacramentarii* per antiphraſin vulgo dicuntur . Nec tamen dicit , aliud nullum *verum ſacrificium* infra illud omnium maximum dari , ubi ſit *oblatio* , quam de ratione *ſacrificii* eſſe , ne-

nemo ambigit. At vero nullum *ſacrificium* dari, quod cum illo euchariſtico, atque incruento conferri ullo modo poſſit, quis unquam ignoravit, o flos illibate criticorum, & theologorum ocelle, præ quo alii cœcutiunt? Conſulendus Gentianus Hervetus pag. 110. Admonitionis ante Nicolai Cabaſilæ interpretationem in divinum ſacrificium inter Liturgias ſanctorum Patrum Luteciæ excuſas apud Guillelmum Morellium A. D. 1560. in forma folii. Pudet me tam obvia & nota ſectari, ut confidentiſſimi hominis procacitatem refellam: quam contemſiſſem, ſi ab eccleſiæ Romanæ contumelia temperaſſet. Hanc ferendam minime cenſui. Si Hervetus non ſufficit, adeundus Concilii Tridentini Hiſtoricus Sfortia Cardinalis Pallavicinus libro XVIII. cap. I. §. I. ſed & Guillelmus Eſtius, ſpectatiſſimus theologus, in librum III. Sententiarum Diſt. XIX. §. 5. cujus Commentariis ſancti Thomæ Summa theologica pariter illuſtratur. Cui vero in donationibus Deo factis veri *ſacrificii* & *holocauſti* nomina diſplicent, anne ſacræ *oblationis* nomen arriſurum putabimus, quo ſimiliter uſum vidimus Pontificem Hadrianum? Atqui *oblatio* ipſum *ſacrificium* dicitur in Miſſali Mozarabum & alibi paſſim: quod argumentum ſedulo pertractavit vir a me ſæpe alias laudatus, nec ſatis pro merito unquam laudandus Cardinalis Thomaſius in peculiari opere, nondum edito, quod inſcribitur: *Breviculus aliquot monumentorum veteris moris, quo Chriſtifideles ad ſæculum uſque* X. *utebantur in celebratione Miſſarum*. His finem imponant verba ſancti Doctoris & Theologorum principis

CAP. XXIV.

CAP. XXIV Thomæ Aquinatis 2. 2. Quæſt. LXXXV. Artic. IV. in fine: quæ, ut puto, militis glorioſi & ſæpe inſultantis jactantiam ſatis compeſcunt: *Sacerdotes offerunt* SACRIFICIA, *quæ ſunt ſpecialiter ordinata ad cultum divinum, non ſolum pro ſe, ſed etiam pro aliis. Quædam vero* SUNT ALIA SACRIFICIA, *quæ* QUILIBET *poteſt pro ſe Deo offerre*. Hæc *alia ſacrificia* quaſcumque *oblationes* Deo factas in primis comprehendunt. Sed jam manum de tabula; nam occaſione formulæ *de donis Dei & domni Petri*, in *Diſco Albano* exaratæ, hæc dicta ſufficiunt.

FINIS.

IN-

INDEX
RERUM

Numeri Romani præfationem, vulgares librum indicant.

A

Agnellus Ravennas 26. 27.
Aguirrius Joſephus Cardinalis 59.
Alaricus Gothorum Rex cum ſuis opibus ſepultus XXIV. *donariis & ædibus ſacris Romæ parcit* 9. 10.
Albanum muſeum 39.
Albanus Alexander Cardinalis 2.
Albanus Annibal Cardinalis 85.
Alcyonius Petrus orationem habet ad Carolum V. *pro Clemente VII. e cuſtodia liberando* 10.
Aldhelmus ſanctus, orbiculatas *veſtes in Virginibus ſugillat* 54.
Aleander Hieronymus junior XI. XVI. XVIII.
Aleander Hieronymus ſenior Cardinalis 6.
Alemannus Nicolaus XVI. 50. 63.
Allatius Leo XVI. 61.
Alfaranus Tiberius 34.
Altare Langobardicum in Colonia Fori-Julii 31.
Alteſerra Antonius Dadinus 5.
Ambroſius ſanctus, Theodoſii Auguſti epiſtolam Deo offert ſacrificium 66.
Anaſtaſius Majordomus 25.
Anſidæus M. Antonius Archiepiſcopus Damiatæ 39.
Aquilejenſis Eccleſia 24.
Arcarii munus 19.
Aringhius Paulus Romæ ſubterraneæ latinus interpres X. 40.
Arnobius XLIV.
Aſellus, Chriſtianus adoleſcens 39. 40.
Attila Hunnorum Rex cum ſuis opibus ſepultus XXIV.
Auguſti, artium mechanicarum periti 62. 63.

B

Bacchinus Benedictus 28.
Baldus Bernardinus 52.
Bandurius Anſelmus XXXV.
Barberinus Franciſcus ſenior Cardinalis ſumme laudatus XV. XVI. 19.

Ba-

Digitized by Google

Baronius Cæſar Cardinalis 18. 34. 50. 60.
Barthius Caſpar XXXI. 36.
Bartholinus Thomas junior XXV.
Baudelotius Cæſar XL. XLI.
Bayerus Theophilus Sigefridus XXV.
Bayſius Lazarus 4.
Beliſarii clypeus 13.
Bertolus Johannes Dominicus 24.
Bipedale *carmen* 57.
Biſciola Lælius 69.
Blanchinus Franciſcus 23.
Bollandus Johannes XVI.
Bona Johannes Cardinalis XVII. 8. 18. 60. 68.
Bonarotius Philippus ſenator Florentinus XIX. XXIII. 8. 13. 33. 39. 40. 51. 53. 55.
Boncompagnius Franciſcus Cardinalis X.
Boſius Antonius X. XIII. XIV.
Brovverus Chriſtophorus 24. 37.
Bucherius Ægidius 39.
Bulengerus Julius Cæſar 2.

C

CAngius Carolus 20. 21. 22. 29. 30. 37. 53. 54. 60. 63. 64.
Cannetus Petrus Abbas Camaldulenſis XXXI. 32. 54.
Cappellus M. Antonius XVI.
Carinthiæ Dux Henricus 24. *Marquardus* ibidem.
Carolus Magnus vaſa aurea offert in confeſſione beati Petri 64. *Ejus majores a Trojanis derivaſſe crediti* 57. *Donatio Eccleſiæ Romanæ ab eo facta, fuit ſacrificium* 73. 74. 75.
Caſtalio Joſephus XXXI.
Caſtellana civitas 32. 33.
Cedrenus Georgius 19.
Cervi argentei aquam fundentes 28.
Chiffletius Johannes Jacobus XII. XV.
Chiffletius Petrus Franciſcus XVII.
Childerici I. Regis ſepulcrum XXVI.
Chimentellius Valerius 61.
Chishullus Edmundus 36.
Chriſtiani ſermone ſimplici uſi XLIV. *Eorum opes pro Dei cultu* 9. *Studium in ornandis locis Deo ſacris* 28. 29. *Illorum antiquitates illuſtrandæ* IX.
Ciaconius Alphonſus Chriſtianas antiquitates colligit XII.
Ciampinus Johannes XVIII. 40. 52. 64.
Ciborium Langobardicum in agro Veronenſi 30.
Clemens XI. Pont. 39.
Clypei votivi antiquorum 13. Vide *Diſci*. *Orbiculi*. *Thoraces*.

Cobellutius Scipio Cardinalis XI.
Cointius Carolus XXVI.
Columbanus ſanctus 57.
Commodianus 36. 37.
Compagnius Ludovicus X.
Concilia, in quibus memorantur donationes a Pippino & Carolo Magno facta beato Petro 68.
Conſtantini Magni de Maxentio victoria in Diſco Peruſino expreſſa 14. 15. 16. *Cervi argentei ab eo in baptiſterio Lateranenſi oblati* 28.
Contelorius Felix 16.
Creſcimbenius Johannes Marius 21. 23.
Cujacius Jacobus XXX. 8.

D

DAndi *formula* 50.
Datus Carolus 8. 55.
Deuſdedit Archiepiſcopus Ravennas 32.
Diaconia Coſmediniana 21. 22.
Diaconia ſancti Nicolai in carcere 24.
Diſci votivi antiquorum 12. 13. Vide *Clypei. Orbiculi. Thoraces.*
Diſcus argenteus votivus Peruſiæ repertus 19. 20. 21. *Ejus pondus & pretium* 1. 2. *Sancto Petro in Baſilica Vaticana oblatus* 17. *Ejus cælatura* 12. *Quando ex ſancti Petri baſilica ablatus & Peruſiæ ſepultus* XLII. XLIII.
Diſibodus ſanctus 53.
Dodwellus Henricus 13. 36. 37.
Dometius diaconus & Arcarius Apoſtolicæ ſedis 19.
Domnus & Dominus, *ſanctus Petrus honoris cauſa ita dictus* 36. Domni *vocis antiquitas* 37.
Dona Dei, *formula in variis inſcriptionibus explicata* 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 30. 31. 32. 33. *Expreſſa in liturgiis* 47. 48.
Donationes ad valvas Eccleſiarum inſculptæ 23. Sacrificium & holocauſtum *dictæ* 73. 74. *Ipſi Deo factæ* 69. 70. 71. *In altari oblatæ* 66. 67. *Etiam a Pippino & Carolo Magno* 68.
Donius Johannes Baptiſta 16.

E

E*Ccardus Johannes Georgius* 38.
Erſo dynaſta Fori-Julii auctor Abbatiæ Sextenſis 74.
Eſtius Guillelmus 75.
Eulogiæ *varii generis* 60. 61.
Euſtathius dux, Diaconiæ Coſmedinianæ benefactor 22.

F

Faber Hieronymus 27.
Faber Tanaquillus 37.
Fabrettus Raphael XVIII. 19.
Fanones varii generis 65.
Feliciter, *formula diverſa ab* utere felix 56.
Ferrarius Franciſcus Bernardinus 27. 56.
Ferrarius Octavius 54. 55. 63.
Fibulæ aureæ XX. XXI.
Fortunatus Venantius 41. 60. 61.
Fountaine Andreas 41.

G

Gabatæ ſive lances & diſci in eccleſiis 2. 4. 5. 6. 7. *In orbiculo verbis inſtructæ* 61.
Garnerius Johannes 21. 45.
Gelaſii I. Pontificis præceptum illuſtratum 72. *Codex* 47.
Germani veteres cum ſuis opibus ſepulti XXIV.
Gillotius Jacobus 69.
Glorioſiſſimi *titulus* 22.
Goarus Jacobus XXVII. 47.
Goldaſtus Melchior XXX.
Gothi cum ſuis opibus ſepulti XXIV. *Gothus miles cum diſco Peruſiæ effoſſus* ibidem.
Grævius Johannes Georgius 55.
Gregorius ſanctæ Sedis Notarius 21. 22.
Gregorius Magnus 67.
Gregorius II. donationem facit beato Petro 34. 35.
Grolierius Cæſar 10.
Gronovius Johannes Fridericus 55.
Grotius Hugo 65. 66.
Gruterus Janus 27.
Gualdus Franciſcus 10.

H

Hadrianus I. pontifex donationem Carolinam vocat holocauſtum 74. *Porticum dicat in diaconia Coſmediniana* 21. 22. 36.
Harduinus Johannes XXVI. 16.
Hermannus Godefridus 62.
Hervetus Gentianus 75.
Heumannus Chriſtophorus Auguſtus XXX.
Hickeſius Georgius 41.
Hilarii ſancti locus de holocauſtis 74.
Hildebertus Cenomanenſis 48. 49.
Holocauſtum, *ideſt oblatio Deo facta* 68. 74. Vide *Sacrificium*.
Holſtenius Lucas XVI. 46. 51. 67.
Homiliarium Pauli Diaconi 57. 58.

Jac-

I

J*Accbettus Johannes* 65.
Janningus Conradus 8. 34.
Inſcriptiones in gyrum diſpoſitæ 16.
Interraſile *quid denotet* 5.
Irenis Auguſtæ Typicum 71.
Julianus Toletanus 58. 59.
Junius Franciſcus junior 63.
Juſtinianus Auguſtus ſanctam menſam Deo dicat 20. *Vaſa aurea offert in muſivis Ravennatibus* 65.

L

L*Abbeus Philippus* XVII.
Lambecius Petrus XVII.
Lancellottus Claudius 7.
Leibnitius Guillelmus 58.
Leo Epiſcopus civitatis Caſtellanæ 33.
Leo Iſauricus 34.
Leo III. Pontifex orbiculos Deo vovet 53. *Baſilicam Ravennatem beneficiis ornat* 49.
Literatorum laudes magni faciendæ XVIII.
Liutprandus Rex Langobardorum 29.
Longuerve Ludovicus 57.
Lupus Chriſtianus XVII.

M

M*Abillonius Johannes* XXV. 23. 24. 25. 27. 47. 51. 58. 62. 63.
Macarius Johannes Chriſtianas antiquitates illuſtrat XI. XII. XIV.
Magiſter, *dictus ſanctus Petrus* 38.
Mallius Petrus 34. 35.
Marcus Abbas ſanctæ Praxedis 24.
Mareus Philibertus XVII.
Margarinus Cornelius XVII. 19.
Martenius Edmundus 60. 65. 67. 69.
Martialis, de gabatis *explicatus* 4.
Martinellus Floravantes 24.
Mathildis Comitiſſæ donatio Eccleſiæ Romanæ facta, in marmore inſculpta 24.
Mauricius Auguſtus 56.
Maurus Rabanus 25.
Maxentius Tyrannus a Conſtantino Magno devictus, in diſco Peruſino expreſſus 14.
Maximianus Ravennas Archiepiſcopus 64.
Mediobarbus Franciſcus 35.
Menardus Hugo 38. 60.
Menetrejus Claudius XVI.
Menſa ſancta, *dicta etiam* ara Dei 46. *A Juſtiniano Auguſto Deo dicata* 20.
Mileſius Martius X.
Milites veterum Germanorum ſtatura æſtimati XXX.
Miræus Aubertus XIV.
Modoëtia opidum & ejus Eccleſia XXVI.

Molinetus Claudius 41.
Molinus Dominicus XI.
Montefalconius Bernardus XLI. 71.
Montemellinus Adamantius 23.
Morinus Johannes XVII. 22.74.
Munera *ab* oblationibus *diſtincta* 18.
Mutinenſis theſaurus pridem effoſſus XL.

N

N*Audæus Gabriel* XVII.
Nazianzenus Gregorius 64.
Niceta Serronius 62.
Noriſius Henricus Cardinalis XVII. 15. 50.
Notæ numerales in nummis XXXVI. XXXVII. XXXVIII.
Nummi veteres Peruſiæ reperti XXXIV. *&* *alibi* XXXVIII. *Pontificum Romanorum* 38. 42. 43. 44. 45.
Nuptius Ferdinandus Cardinalis XXIII.
Nutritor, *sanctus Petrus ita dictus a ſummis Pontificibus* 36.

O

OBlatio, *idem ac* ſacrificium 65. 74. 75.
Oblationes a muneribus diſtinctæ 18.
Orbiculi, clypei, & diſci votivi 50. *Acu picti* 52. 53.
Orbiculus votivus cedrinus in lapide Chriſtiano memoratus 51.
Oroſius Paulus 9.
Ottolinus Comes de Ottolinis 30.

P

P*Allavicinus Sfortia Cardinalis* 75.
Papebrochius Daniel 51.
Panvinius Onuphrius 27. 48.
Paſſioneus Dominicus Epheſius Antiſtes 7.
Patricius Johannes Cardinalis XXIII.
Paulus Diaconus 56. 57. 58.
Peireskius Nicolaus XI.
Pemmo Dux Fori-Julii 31.
Pergula, *in qua exponebantur ſacra donaria* 8.
Peruſia ab Octavio obſeſſa XLI. *& a Gothis* XLI. XLII.
Petavius Paulus 41.
Petrus sanctus in diſco Albano memoratus 12. 17. dominus *dictus* 36. & magiſter 38.
Phari penduli in eccleſiis 8.
Pignorius Laurentius XI.
Plebs, *alias sancti Petri ædes Tiberiaci* 31. 32.
Plumaria *ars* 52.
Pontificalis liber Anaſtaſio tributus 2.
Poſſinus Petrus XVII.

Pra-

Google

Praxo *pro Praxedis* 54.
Pricæus Johannes xvii.
Proceſſio 91.
Procopius explicatus xli. xlii.
Pulicella Vallis in agro Veronenſi 29. *Ciborium in ejus æde ſancti Georgii* 30.

R

R*Atchiſius Dux Fori-Julii* 31.
Ravennatis Eccleſiæ muſiva explicata 64.
Reineſius Thomas x. 40.
Relandus Petrus 51.
Rogerius Siciliæ Dux 41.
Roma a Totila obſeſſa & occupata xli. xlii. *Ab Alarico Rege capta* 10. *Sub Carolo V. direpta* ibidem.
Romani Principes *ſancti Petrus & Paulus* 38.
Roſweydus Heribertus xiii. 64.
Rubenius Albertus 54. 55.
Rubeus Hieronymus 27. 28. 54. 63.
Rufinus explicatus 52.
Ruinartus Theodericus 56.
Ryckius Theodorus xvii.
Rycquius Juſtus 12.

S

S*Abellicus M. Antonius* 2.
Sacrificium euchariſticum verum *contra Zwinglianos dictum a Concilio Tridentino*. 74. *Etiam* oblatio 65. Vide *Donationes*. *Holocauſtum*.
Salmaſius Claudius xxx. 52. 54.
Salvianus Maſſilienſis 29.
Salvo, *formula gentilis & Chriſtiana* 27.
Sancti *prænomen* 39. 40.
Sanctus, *vox quomodo antiquitus contracta* 40. 41. 42. 43. 44. 45.
Saracenicæ *tegulæ* xxii.
Saxiſcus *quid denotet* 6.
Scaliger Joſephus 52.
Schannatus Johannes Fridericus 50.
Schefferus Johannes xxv.
Scialachius Victorius 48. 65.
Schottus Andreas xxx. 37.
Senatorium, *locus, ubi ſacræ liturgiæ aderant viri principes* 63.
Sepulcra Gothorum & Langobardorum nulla in Italia xxix. *veterum Francorum ſine exteriori ſigno* xxv. *Chriſtianorum extra urbium portas* xxxiii.
Sepulcrorum violatores gravi pœna multati apud Wiſigothos, Bavaricos, & Langobardos xxvii. xxviii.
Severanus Johannes Chriſtianas antiquitates illuſtrat x.
Severus, presbyter tituli ſancti Petri a Vinculis 51.

Sextenſis Abbatia 74.
Silentiarius Paulus 20. 22. 63.
Sirletus Guillelmus Cardinalis 47.
Sirmondus Jacobus XI. 27. 60.
Sollerius Johannes Baptiſta 39.
Spanhemius Ezechiel 37. 52.
Spaſſandus Complutenſis Epiſcopus 59.
Spelmannus Johannes 41.
Spoletani duces rerum ſancti Petri prædones 68. 69.
Statura in militibus requiſita XXX. XXXI.
Strauchius Johannes 72.
Suareſius Joſephus Maria XVI. 55.
Sympoſius ænigmatum ſcriptor XXX. XXXI.

T

Tabulæ *ab* orbiculis *diverſæ* 54. 55.
Tiberiacum oppidum Flaminiæ 29. 31. 32.
Tiberius Conſtantinus Auguſtus filiam Conſtantinam uxorem tradit Mauricio 56.
Theobaldus Abbas 65.
Theodora Auguſta vas aureum offert in muſivis Ravennatibus 64.
Theodoſius Magnus ob ſublatum Eugenium Tyrannum oblationes Deo fieri jubet 66.
Theſauri nummorum variis in locis reperti XXXVIII. XXXIX. XL.
Thomas Aquinas ſanctus 73. 75. 76.
Thomaſſinus Ludovicus 72.
Thomaſius Joſephus Maria Cardinalis XVII. 47. 75.
Thorax *pro* clypeo *ſive* orbiculo 52. 54.
Tillemontius Sebaſtianus 62.
Tomaſinus Jacobus Philippus 61.
Totila Romam & Peruſiam obſidet XLI. XLII.
Trebellius Pollio explicatus 52.
Turonenſis Gregorius 55.
Turrigius Franciſcus Maria 26. 27.

V

Valens Auguſtus dona auream quæ ipſemet fecerat Deo offert 62. 63.
Valeſius Henricus XVII.
Vaſa eccleſiæ Chriſtianæ II. *Aurea & argentea Deo, ſanctiſque oblata* 62.
Ubaldinus Fridericus XVI.
Venetorum denarii veteres 41.
Vergara Cæſar Antonius 41.
Vert Claudius 49.
Veſtes ſacræ orbiculatæ 54.
Ughellus Ferdinandus XVI.
Vicus Æneas 5.
Vignolius Johannes 41.
Urbiclus *pro* orbiculus 51.
Urſatus Sertorius 37.

Vſſerius Jacobus XLI. 57.
Utere felix, *formula explicata* 55.
Vvaddingus Lucas XVI.
Vvbartonus Henricus 54.
Vviborada ſancta 65.
Vvingbius Philippus Chriſtianas antiquitates illuſtrat XII. XIII. XIV.
Vvodalricus I. Patriarcha Aquilejenſis 24.
Vvormius Olaus XXV.

Z

Zabarella Franciſcus Cardinalis XI.
Zeno Auguſtus XXXVI.
Zeno ſanctus Veronenſis in ſepulcra defodientes clamat XXVIII.

FINIS

PAUCULA ADDENDA

Pag. XIX. *lin.* 7. Philippos *lege* Philippus.

Pag. 12. *lin.* 14. *poſt* chlamyde, *adde*, retro ex lævo humero pendente,

Pag. 15. *lin.* 18. *ante*, Cædes, *hæc adde*. Inter numiſmata ærea maximi moduli, nuperrime ex muſeo olim Corrario, nunc Piſano, Venetiis edita, tabula LXXX. exſtat Conſtantinianum unum & alterum, quorum pars averſa, ut in Diſco, equitem armatum refert, haſta ferientem hominem nudum haſtatum in terram collapſum. Primi epigraphe eſt VIRTVS. AVG. N. Alterius vero DEBELLATORI. GENT. BARB. In utroque tamen deeſt gladius equiti, clypeus, parazonium & chlamys militaris pediti. Ad hæc fluvius & ſtirps fluvialis. Hæc enim Barbarum quempiam a Conſtantino proſtratum militem, non Maxentium in Tiberim dejectum, ut in Diſco, ob oculos ponunt.

Pag. 31. *a fine lin.* 3. *ante*, Jam, *hæc adde*. Proferamus hoc loco inſcriptionem cum ſuis nævis, nudiuſtertius erutam in veterrimo Titulo ſan-

ſancti Clementis, quum illius Presbyter Cardinalis ampliſſimus Annibal Albanus pro ſua pietate & magnificentia eandem ſacram ædem interius ornandam curaret:

✠ *Hiſrabeliticus* D̄O *offerebat populus ruri*
Alius quidem aurum, alius namque argentum,
Quidam coque aes, quidam vero pilos caprarum.
Infelix autem ego Gregorius primus P̄B̄R̄ *almae*
Sedis Apoſtolicae, huiuſque Tituli gerens
Curam, ac beati ſupremus cliens Clementis
OFFERO DE TUIS *haec tibi, Chriſte,* THESAURIS
Temporibus S̄C̄ĪS̄S̄ *Zacchariae Preſulis ſummi*
Per martyrem, & S̄C̄M̄ *parva munuſcula tuum*
Clementem, cujus meritis merear delictis carere,
Atque ad beatam aeternam ingredi vitam.
Aiſti, quantum habes, regnum valet caelorum,
Suſcipe hos D̄N̄Ē *velut minuta viduae, queſo,*
Veteris novique Teſtamentorum denique libros,
Octateuchum, Regum, Pſalterium ac Profetarum,
Salomonem, Eſdram, ſtoriarum ilico plenos
Require ſyllabarum lector ſequentiam harum.

Pag. 35. *lin.* 14. *ante finem*, devenreor, *lege*, deveneror.

Pag. XXXIV. *prior nummus ſit ſecundus, alter vero primus. Quare illum huic poſtpone.*
Pag. 29. *lin.* 22. *poſt*, duabus, *adde*, ex quatuor.
Pag. 31. *in fine, adde.* Aquileja in proximam Inſulam Gradenſem trajicio. Iſtic enim in æde principe aliud Chriſtianum elogium, Aquilejenſi jam adducto perſimile, olim viſum: quod pariter cl. Gorius ex codice Redio mecum perofficioſe communicavit. Hic illud exhibeo:

LAVRENTIVS . V . C . PALATINVS
VOTVM CVM SVIS SOLVIT ET DE
DONO DEI FECERVNT . P . DCC

Bene ſit piis illis majoribus noſtris, qui tanta religione in ſacrarum ædium ornatum ſua vota Deo perſolvebant! *Laurentius*, ſi quid video, una *cum ſuis* in patriarchali Eccleſia Gradenſi pavimentum, quod voverat, *pedes ſeptingentos* ſternendum curavit.

M. 16 2021101.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google